

H. 489

189

141489

M. TULLII  
CICERONIS SE-  
LECTAE ALIQUOT ORA-  
tiones, cum argumentis, & Rhetorica.  
earundem artificiosa dispositione, in  
Ciceronianæ eloquentiæ studio-  
forum gratiam seorsum  
excusæ.

Index Orationum proxima ab hac pagina habet.



SALMANTICÆ

Typis Mathiæ Gast

1577

INDEX ORATIO-  
num Primi Tomi.

PRO Sex. Roscio Amerino. fol. 121. b  
Accusationis in C. Verrem liber Pri-  
mus, qui Diuinatio dicitur. fol. 154.  
Accusationis in C. Verrem liber Secun-  
dus. fol. 168.

Secundi.

Pro lege Manilia ad Pop. Rom. fol. 18. b.  
Pro A. Licinio Archia Poeta. fol. 36. b.  
Ad Quirites post redditum suum. fol. 45. b

Tertij.

In Vatinium. fol. 180. b.  
Pro T. Annio Milone. fol. 95. b.  
Pro M. Marcello ad C. Cæsarem. fol. 3.  
Pro Q. Ligario ad Cæsarem. fol. 10.  
Pro Rege Deiotaro ad C. Cæsarē. fol. 53.  
In M. Antonium Philippica Secunda.  
fol. 63.  
undem Philippica Nona. fol. 91.

**D**E nos el Licenciado Bartulo Sanchez  
Prouisor, Official, e Vicario general  
en lo espiritual y temporal en la ciu-  
dad, e Obispado de Salamanca por  
el Illustrissimo y Reuerendissimo Se-  
ñor don Francisco de Soto Salazar Obispo de la di-  
cha ciudad del consejo de su Magestad, &c. Por el  
tenor dela presente damos licencia a Cornelio Bo-  
nardo librero impressor en la emprenta de los here-  
deros de Mathias Gast, vezinos desta ciudad de Sa-  
lamanca, para que puedan imprimir las Oraciones  
siguiétes. Pro Roscio Amerino. Prima in Verrent.  
Secunda in Verrem. Pro Lege Manilia. Pro Archia  
Poeta. Post Reditum ad Quirites. Pro Milone. Pro  
M. Marcello. Pro Ligario. Pro Rege Deiotarro.  
Philippica Secunda. Philippica Nona. In Vatinii.  
Sacadas de los tres tomos de las Oraciones de Cice-  
ron attento que son vistas y examinadas por el se-  
ñor Doctor Fuentidueña, y que nos consta auerse  
imprimido otras veces sin incurrir por ello en pe-  
na alguna que para ello damos licencia Dada en  
Salamanca a cinco dias del mes de Nouiembre, año  
del Señor de mil y quinientos y setenta y siete años.  
  
El Licenciado Sanchez.  
Por mandado del Ilustre Señor Prouisor.

Garcia de Malla Notario.

A 2

# ORATIONIS PRO

M. MARCELLO ARGV-

M E N T U M.

*Agone meo non cogit facilius  
presente que unquam micet*  
**M**arcellus ciuili bello ynacum Cicerone partium Pompeianarum fuerat, Pompeio autē acie Pharsalica superato, cūm Cæsar victor plerosque ex inimicis suis, & in his Ciceronem, in gratiam receperisset, Marcello adhuc, ob veteres similitates, & quandam metus suspicionem, iratior erat. Itaque Senatus Marcelli dignitate motus, precibus tandem apud Cæsarem obtinuit, ut is pristinæ dignitati restitueretur. Qua de re licet priuatim multi, omnium tamen nomine Cicero hac oratione Cæsari gratias agit, eumque hac sua clementia immortalē gloriam adeptum prædicat, multis rationibus demonstrando, cur à nemine sibi metuendum sit: rogat tamen interim ne salutis publice gratia sui curam omnino abijciat, quod sine eo Reip. dignitas restitui, conseruarive planè nequeat. Tota autem hæc Oratio in genere Demonstratio, eiusque parte ea, qua de laude solùm agitur, constituta est.

M. T.

M. T. CICERONIS  
PRO M. MARCELLO AD  
C. Cæsarem Oratio.

**D**icitur ab iuturni silentij P. C. quo erā his tem-  
poribus usus, non timore aliquo, sed  
partim dolore, partim verecūdia, fi-  
nem hodiernus dies attulit, idēq; ini-  
tiū, quæ velle, quæq; sentire, meo pri-  
stino more dicendi: tantam enim mansuetudinē,  
tam inusitatā inauditāq; clementiā tantū in summa  
potestate rerum omnium modū, tam deniq; incredibi-  
le sapientiam ac penè diuinam tacitus nullo mo-  
do præterire possum. M. enim Marcello vobis P. C.  
Rei q; pub. reddito, nō solū illius, sed meam etiā vo-  
cem, & auctoritatē & vobis, & Reip. cōseruatam  
ac restitutā puto: dolebā enim P. C. ac vehementer  
angebar, cū viderem virū talē, qui in eadem causa,  
in qua ego, fuisse, nō in eadē esse fortuna: nec mihi  
persuadere poterā, nec fas esse ducebā, versari me  
in vestro & veteri curriculo, illo æmulo atq; imita-  
tore studiorū ac laborū meorum quasi quodā socio  
à me & comite distracto. ergo & mihi meæ pristi-  
ne vitæ consuetudinē C. Cæsar interclusam aperui-  
sti, & his omnibus ad bene de omni Rep. sperādum  
quasi signū aliquod sustulisti: intellectū est enim mihi  
quidē in multis, & maximē in me ipso, sed paulò  
antē in omnibus, cū M. Marcellū senatui populoq;

officio suo,  
d. b. re se Cæ  
saris clemen-  
tiam laudare  
Et est prole-  
p̄sis, cur cūm  
hattenus ta-  
cuerit, nunc  
dicere inci-  
piat.

2. Primō pro-  
ponit, dein-  
de subiungit  
rationē, poi-  
stremō expla-  
nat.

Metaphora  
à ludorū cer-  
raminibus.

## ORATIO

**R**AT Reip. cōcessisti, cōmemoratis p̄s̄ertim etiā  
offensionib⁹, te auctoritatem huius ordinis, digni-  
tatemq; Reip. tuis vel doloribus vel sūspicionib⁹  
anteferre. ille quidē fructum omnis anteactæ vitæ

de trib⁹. O i  
aut oratio  
et cōfessio  
nem ait  
ximo. ex quo profecto intelligis, quanta in dato be-

**E**piphonæ neficio sit laus, cū in accepto tāta sit gloria. <sup>1</sup> est ve-  
ma, quo pra- rē fortunatus ille, cuius ex salute nō minor penè ad  
dicit felicita tem Marcel. omnes, quād ad illū ventura sit, lētitia p̄euenerit.  
li, & personæ quod ei quidē merito, atq; optimo iure cōtigit. quis  
extollit.

enim est illo aut nobilitate, aut probitate, aut opti-  
mariū artiū studio, aut innocentia, aut ullo genere

**P**roposi- laudis p̄estantior? <sup>2</sup> nullius tantū est flamen inge-

rius, nulla dicendi aut scribendi tanta vis tantaq; col-

pia, quæ non dicā exornare, sed enarrare C. Cæsar

res tuas gestas possit: tamen hoc affirmo, et hoc pa-

ce dicā tua, nullam in his esse laudem ampliorem,

**C**onfirma- quād eam, quād hodierno die consecutus es. <sup>3</sup> soleo

rio, que tota sepe ante oculos ponere, idq; libenter crebris usur-

pare sermonibus; omnes nostrorum imperatorum,

omnes exterarū gentium potentissimorumq; popu-

lorum, omnes clarissimorum Regum res gestas cū

tuis nec contentionum magnitudine, nec numero

præriorū, nec varietate regionum, nec celeritate cō-

ficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse confer-

ri; nec verò disiunctissimas terras citius cuiusquam

passibus potuisse peragrari, quād tuis nō dicā cursi-

bus,

bus, sed victoriis illustratae sunt. quæ quidem ego  
 nisi ita magna esse fatear, ut ea vix cuiusquam mens  
 aut cogitatio capere possit, amens sim.<sup>2</sup> sed tamen  
 sunt alia maiora, nā bellicas laudes solent quidā ex-  
 tenuare verbis, casq; detrahere ducibus, communica-  
 re cum militibus, ne proprie sint imperatorum:  
 & certè in armis militum virtus, locoruopportu-  
 nitatis, auxilia sociorum, classes, cōmeatus multū iu-  
 uant: maximam vero partem quasi suo iure fortu-  
 na sibi vendicat, & quidquid est prospere gestū, id  
 penè omne dicit suum. at vero huius gloriae C. Cæ-  
 sar, quā es paulò ante adeptus, sociū habes nemine:  
 totū hoc, quantūcunque est, quod certe maximum  
 est, totū est, inquam, tuū: nihil sibi ex ista laude cen-  
 turio, nihil præfetus, nihil cohors, nihil turma de-  
 cerpit: quin etiam illa ipsa rerū humanarū domina  
 fortuna in istius se societate glorie non offert, tibi  
 cedit, tuā esse totam, & propriam fatetur: <sup>2</sup> nūquā  
 enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad  
 consilium casus admittitur. domuisti gētes immanni-  
 tate barbaras, multitudine innumerabiles, locis insi-  
 nitas, omni copiarum genere abundantes: sed tamē  
 ea vicisti, quæ & naturam, & conditionem, ut viri  
 ci possent, habebat. nulla est enim tanta vis, tanta co-  
 pia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangi q;  
 possit: verum animum vincere, iracundiā cohibere,  
 victoriam temperare, aduersarium nobilitate, inge-  
 nio, virtute præstantem nō modo extollere iacentē,

sed etiam amplificare eius pristinam dignitatē, hæc  
qui faciat, non ego eum cum summis viris cōparo,

<sup>1</sup> Cōparatio - sed simillimum deo iudico. itaque C. Cæsar belli=bellicæ glo-  
riae cū laude cæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem nō solum  
moderatio - nostris, sed penè omnium gentium literis, atque lin-  
nis.

<sup>2</sup> Id est ob- guis, neq; vlla vñquam ætas de tuis laudibus conti-  
scetur. sed tamē eiusmodi res nescio quo modo, etiā  
dum audiuntur, aut dum leguntur, <sup>2</sup> obstrepit cla-  
more militum videntur, & tubarum sono: at vero  
cū aliquid clemēter, māsuete, iuste, moderate, sapiē-  
ter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica  
consilio, & in victoria, quæ natura insolens, & su-  
perba est, aut audimus, aut legimus, quo studio in-  
cendimur non modò in gestis rebus, sed etiam in fi-

<sup>3</sup> Infert sen- Etis: vt eos sæpe, quos nūquā vidimus, diligamus. <sup>3</sup>  
tentiam ex te verò, quem præsentem intuemur, cuius mentem  
minorī. sensusq; & os cernimus, vt, quidquid belli fortu-

<sup>4</sup> Epiphone- na reliquū Reip. fecerit, id esse saluū velis, <sup>4</sup> qui=  
ma hyperbo bus laudibus efferemus? quibus studijs prosequen-  
ticū, quo sen- mur: qua benevolētia cōplete mure: <sup>5</sup> parietes me=  
tentiam con- dius fidius C. Cæsar, vt mihi videtur, huius curiæ ti=  
cludit. bi gratias agere gestiūt, quòd breui tēpore futura  
gia.

fit illa auctoritas in his maiorū suorū, & suis sedi-  
bus. equidē cū C. Marcelli, viri optimi, & cōmemo-  
rabi li pietate ac virtute prædicti, lacrymas modò  
vobiscū viderē, omniū Marcellorū meū pectus me  
moria effodit. quibus tu etiā mortuis, M. Marcello  
conseruato, dignitatem suam reddidisti, nobiliſi=  
mamq;

manq; familiā; iā ad p̄gulos redactam, penē ab inte-  
 ritu vindicasti. hunc tu igitur diē tuis maximis, &  
 innumerabilibus gratulationibus iure antepones.<sup>1</sup>  
 hēc enim res unius est propria Cæsarī: cæteræ du-  
 ce te gestæ. magnæ illæ quidem, sed tamē multo ma-  
 gnoq; comitatu; huius autē rei tu idē es & dux, &  
 comes: quæ quidē tāta est, ut trophæis, monimētisq;  
 tuis nullavnquā allatura sit finē etas: nihil enim est  
 opere aut manu factū, quod aliquādo nō conficiat,  
 & consumat vetustas. at verò hēc tua iustitia, &  
 lenitas animi florescit quotidie magis, ita, ut quan-  
 tum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantū affe-  
 rat laudibus: & cæteros quidē omnes victores bel-  
 lorū ciuilium iam antē equitate, & misericodia vi-  
 ceras, hodierno vero die te ipsum vicisti. <sup>2</sup> vereor  
 vt hoc, quod dicam, nō perinde intelligi auditu pos-  
 sit, atq; ego ipse cogitans sentio. ipsam victoriā  
 viciſſe videris, cum ea ipsa, quæ illa erat adepta, vi-  
 etis remifisti: nā cum ipsius victoriæ conditio iu-  
 re omnes victi occidiſſemus, clementia tua iudicio  
 conseruati ſumus: recte igitur unus inuictus es, à  
 quo etiā ipsius victoriæ conditio visq; deuicta eſt.<sup>3</sup>  
 atque hoc C. Cæsarī iudiciū P. C. quām late patet,  
 attendite. omnes enim qui ad illa arma fato ſumus  
 nescio quo Reip. mifero funestoq; compulsi, & ſi  
 aliqua culpa tenemur erroris humani, à ſcelere cer-  
 te liberati ſumus. nam cum M. Marcellum, depre-  
 cantibus vobis, Reip. conſeruauit, memet mihi, &

<sup>1</sup> Cōcluſio hū  
ius loci, cum  
cōpitum repre-  
tatione.

<sup>2</sup> Vide ampli-  
ficationem,  
qua ſemeloc-  
cupat, quo  
maiis dicinō  
potest: itaque  
præponit pre-  
paratiūcula.

<sup>3</sup> Alter locus  
amplificatio-  
nis ex b. nefi-  
ciij magnitu-  
dine.

i Locus ad itē Reip. nullo deprecāte, reliquos amplissimos vi  
amplificatio ros & sibi ipsis, & patriæ reddidit, quorum & fre  
nē beneficij per iner ab quentia, & dignitatē hoc ipso in conseſsu videtis.  
animo auto- non ille hostes induxit in curiā, sed indicauit à ple  
risq; ignoratione potius, & falso atque inani metu,  
qua cupiditate, aut crudelitate ciuile bellum esse su  
ceptum. quo quidem in bello semper de pace agen  
dū, audiendumq; esse putau; semperq; dolui, nō mo  
dò pacem, sed orationē etiam ciuium pacem efflagi  
tantium repudiari. neque enim ego illa, nec illa un  
quam secutus sum arma ciuilia: semperq; mea con  
filia pacis & togæ socia, non belli atq; armorū fue  
runt. hominem sum secutus priuato officio, non pu  
blico: tantumq; apud me grati animi fidelis memo  
ri: valuit, ut nulla non modò cupiditate, sed ne spe  
quidem, prudens & sciens tanquā ad interitum rue  
rem voluntarium. quod quidem meum consiliū mi

2 A suo testi  
monio. nime obscurū fuit: nam & in hoc ordine, integra  
re multa de pace dixi, & in ipso bello eadem etiam

3 Concluko à signo, siue à cū capitīs mei periculo sensi. 3 ex quo nemo erit tā  
cōsequētibꝫ. iniustus rerum æstimator, qui dubitet, quæ Cæsaris

4 Cōfirmatio ex tempore. voluntas de bello fuerit, cū pacis auctores conseruā  
dos statim censuerit, cæteris fuerit iratior. 4 atque

5 Inducit as  
sumptionē. id minus mirū videretur fortasse tū, cū esset incer  
tus exitus, & anceps fortuna belli: 5 qui vero victor

pacis auctores diligit, is profectò declarat, maluis  
se non dimicare, quā vincere. atq; huius quidē rei

M. Marcellō sum testis: nostri enim sensus, ut in pa

ec semper, sic tū etiā in bello congruebat. quoties<sup>2</sup>  
 ego eum, & quāto cū dolore vidi cum insolentiam  
 certorum hominum, tū etiam ipsius victoriæ fero=  
 citatē extimescentē quo gratior tua liberalitas C.  
 Cæsar nobis, qui illa vidimus, debet esse: nō enim iā  
 causæ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ. vi=dimus tuam victoriā præliorum exitu terminatam,  
 gladium vagina vacuum in urbe non vidimus. quos  
 amisimus ciues, eos Martis vis percultit, non ira vi=toriæ: ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fie=ri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret, quoniam ex  
 eadem acie conseruat quos potest, alterius vero par=tis nihil amplius eo dicam, quā, id quod omnes ve=rebanur, nimis iracundā futurā fuisse victoriam:  
 quidam enim nō modo armatis, sed interdū etiā otio=sis minabantur, nec, quid quisque sensisset, sed ubi  
 fuisse, cogitandū esse dicebant: ut mihi quidem vi=deantur dij immortales, etiā si poenas à populo R. O.  
 ob aliquod delictum expetiuerūt, qui ciuile bellū tā=tum & tam luctuosum excitaerūt, vel placati iā,  
 vel etiam satiatī aliquando omnem spem salutis ad  
 clementiam victoris, & sapientiam cōtulisse. <sup>2</sup> qua re gaude tuo isto tam excellenti bono; & fruere  
 cum fortuna & gloria, tum etiam natura & mori=bus tuis: ex quo quidem maximus est fructus, iucun=ditasq; sapienti. cætera cūm tua recordabere, et si  
 persæpe virtuti, tamen plerunque felicitati tuæ  
 gratulabere: de nobis, quos in Rep. tecum si=mul

Conclu=cum ampli=catione vi=rarum.

mul saluos esse voluisti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficijs, toties de incredibili liberate, toties de singulari sapientia tua cogitabis: quæ non modo summa bona, sed nimurum audebo vel sola dicere: tantus est enim splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi & cōsiliij dignitas, ut hæc à virtute donata, cætera à fortuna comoda ta esse videantur. noli igitur in conseruādis bonis viris defatigari, non cupiditate p̄sertim aut prauitate aliqua lapsis, sed opinione officij, stulta fortaſſe, certè non improba, & specie quadā Reip. nō enim tua illa culpa est, si te aliqui timuerunt; contraq; summa laus, quod pleriq; minimè timendum fuisse senserunt. Nunc venio ad grauissimā querelā, & atrocissimā suspicionem tuam: quæ non tibi ipsi magis, quam cū omnibus ciuibus, tum maxime nobis, qui à te conseruatis sumus, prouidenda est.

Concludit  
i fidem in  
ic parte ora  
onishabēdā  
Incipit ar-  
umentatio-  
m à diui-  
one & ad re-  
ouendā cri-  
inis volun-  
tem ex per-  
narum qua-  
ate.  
Alterū mē-  
um diuīsio-  
nē quod col-  
gitur enu-  
eratione.

quam et si spero esse falsam, nunquam tamen verbis extenuabo. tua enim cautio, nostra cautio est: ut, si in alterutro peccandū sit, malim videri nimis timidus, quam parum prudens. sed quisnam est iste tam demens? de tuisne? tamet si qui magis sunt tui, quam quibus tu salutē insperantibus reddidisti? an ex eo numero, qui vñā tecum fuerunt? non est credibilis tantus in ullo furor, ut, quo duce omnia summa sit adeptus, huius vitam non anteponat suæ. at si tui nihil cogitant sceleris; cauendum est, ne quid inimici, qui omnes enim qui fuerunt, aut sua pertinacia

nacia vitam amiserunt, aut tua misericordia retinuerunt: ut aut nulli supersint de inimicis, aut, qui superfuerunt, amicissimi sint.<sup>1</sup> sed tamen cum in animis hominum tantæ latebræ sint, & tanti recessus, augeamus sanè suspicionem tuam: simul enim augebimus ex diligentia. nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in Rep. tam nihil unquam nec de sua, nec de communi salute cogitans, qui non intelligat tua salute contineri suam, & ex unius tui vitam pendere omnium?<sup>2</sup> equidem de te dies noctesq; ut debeo, cogitans, casus duntaxat humanos, & incertos euentus valetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimesco; dolcoq; cum Resp. immortalis esse debeat, eam in unius mortalis anima consistere. si verò ad humanos casus, incertosq; euentus valetudinis, sceleris etiam accedit insidiorumq; consensio: quem dcum, etiam sic cupiat, opitulari posse Reip. credamus?<sup>3</sup> omnia sunt excitanda tibi C. Cæsar uni, quæ iacere sentis belli ipsius impetu, quod necesse fuit, perculsa atque prostrata: constituenda iudicia, reuocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda soboles: omnia, quæ dilapsa iam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt.<sup>4</sup> non fuit recusandum in tanto ciuili bello, tantoq; animorum ardore & armorū, quin quassata Resp. quicunque belli euentus fuisset, multa perderet & ornamenta dignitatis, & praesidia stabilitatis sua multaque uterque dux faceret armatus, quæ idē togatus

<sup>ne transit a</sup><sup>fumius arg</sup><sup>mentū quo</sup><sup>ducitur ex</sup><sup>metuineōm</sup><sup>di si Cæsar</sup><sup>vita pericli</sup><sup>tetur.</sup><sup>Amplificati</sup><sup>o periculi</sup><sup>ex prese</sup><sup>statu Reip.</sup><sup>atio ab o</sup><sup>Declarat</sup><sup>que præstād</sup><sup>sint Cæsari,</sup><sup>est ratio pra</sup><sup>ced etis senti</sup><sup>tix.</sup><sup>4 Redit ad i</sup><sup>tentionem, &</sup><sup>ad reprehē</sup><sup>sionem dela</sup><sup>bitur.</sup>

tus fieri prohibuiisset, que quidem nunc tibi omnia  
 belli vulnera curanda sunt, quibus præter te mede-  
 ri nemo potest, itaq; illa tuam præclarissimā & se-  
 pientissimā vocem inuitus audiui, satis te diu vel  
 naturæ vixisse, vel gloriæ: satis, si ita vis, naturæ  
 fortasse addo etiā, si placet, gloriæ: at, quod maxi-  
 mū est, patriæ certe parū, quare omitte quæso istā  
 Concludit, & reprehēdit uerelam Cæ-  
 aris.

In salute Reip. ampli-  
 anda gloria Cæsaris.  
 salutem ciuiū, cunctamq; Remp res tuae gestæ com-  
 plexæ sint, tantū abes à perfectione maximorū ope-  
 rū, ut fundamēta, quæ cogitas, non dum ieceris. hic  
 tu modū tue vitæ non salute Reip. sed æquitate ani-  
 mi definies: quid, si istud ne gloriæ quidem tue satis  
 est: cuius te esse audīssimū, quāuis sis sapiens, non  
 negabis. 3 parumne igitur, inquieres, gloriam magnā  
 amplificandā relinquemus: immo vero alijs, quāuis multis, satis,  
 esse docet à persona Cæ-  
 saris.

tibi uni parum: quidquid enim est, quāuis amplius  
 sit, id certe parum est tum, cum est aliquid amplius.  
 quòd si rerū tuarū immortalium C. Cæsar hic exi-  
 tus futurus fuit, ut deuictis aduersarijs Remp. in eo  
 statu relinqueres, in quo nūc est: vide quæso, ne tua  
 diuina virtus admirationis plus sit habitura, quam  
 gloriæ, si quidem gloria est illustris ac peruagata  
 multorum & magnorum vel in suos ciues, vel in  
 atria

patriā, vel in omne genus hominū fama meritorū.  
 hæc igitur tibi reliqua pars est, <sup>1</sup> hic restat actus,  
 in hoc elaborandum est, ut Remp. constitutas, eaq;  
 tu in primis composita summa tranquillitate, &  
 otio perfruare. tum te, si voles, cū & patriæ, quod  
 debes, solueris, & naturam ipsam expleueris satie-  
 tate viuendi, satis diu vixisse dicito. quid est enim  
 omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremū,  
 quod cū venerit, omnis voluptas præterita pro ni-  
 hilo est, quia postea nulla futura sit? <sup>2</sup> quanquam  
 iste tuus animus nunquam his angustijs, quas natu-  
 ra nobis ad viuendum dedit, contentus fuit, semper  
 q; immortalitatis amore flagravit. nec vero hæc  
 tua vita dicēda est, quæ corpore & spiritu cōtine-  
 tur: illa inquā, illa vita est tua Cæsar, quæ vigebit  
 memoria seculorū omniū, quā posteritas alet, quā  
 ipsa æternitas semper intuebitur. huic tu inseruias,  
 huic te ostentes oportet: que quidem, quæ miretur,  
 iampridem multa habet, nunc etiam quæ laudet, ex-  
 pectat. obstupescit posteri certe, imperia, prouincias,  
 Rhenum, Oceanū, Nilum, pugnas innumerabi-  
 les, incredibiles victorias, monumenta, munera, triū-  
 phos audientes & legentes tuos. sed nisi hæc urbs  
 stabilita tuis consilijs & institutis erit, vagabitur  
 modo nomen tuum longe, atque late, sedem quidem  
 stabilem, & domicilium certū non habebit. erit in-  
 ter eos etiā, qui nascentur, sicut inter nos fuit, ma-  
 gna dissensio, cum alijs laudibus ad cælum res tuas

<sup>1</sup> Metaphors  
 sumpta à fa-  
 bulis scenicis  
 qua in auctis  
 dividuntur.

<sup>2</sup> Corrigit re-  
 prehensionē  
 suam, & dicte  
 Cælarem sua  
 spōre ad glo-  
 riam propera-  
 sum esse.

gestas efferet, alijs fortasse aliquid requiret, idq; vel  
 maximū, nisi belli ciuilis incendiū salute patriæ re  
 stinxeris, ut illud fati fuisse videatur, hoc cōsilijs  
 serui igitur ijs etiā iudicibus, qui multis pōst seculis  
 de te iudicabūt, & quidē haud scio an incorruptius  
 quam nos: nam & sine amore, & sine cupiditate,  
 & rursus sine odio, & sine inuidia iudicabunt. id  
 autē, etiā si tunc ad te, ut quidam falso putant, non  
 pertinebit, nūc certe pertinet, te esse talem, ut tuas  
 laudes obscuratura nulla inquā sit obliuio. diuer  
 se volūtates ciuiū fuerūt, distractæq; sententiae: nō  
 enim cōsilijs solū & studijs, sed armis etiā & ca-  
 stris dissidebamus. erat autē obscuritas quædā, erat  
 certamē inter clarissimos duces: multi dubitabant,  
 quid optimū esset; multi, quid sibi expediret; multi,  
 quid deceret; nonnulli etiā, quid liceret. perfuncta  
 Resp. est hoc misero fataliq; bello: vicit is, qui non  
 fortuna inflammaret odiū suū, sed bonitate leniret  
 neque omnes, quibus iratus esset, eosdem etiam exi-  
 lio, aut morte dignos iudicaret. arma ab alijs posi-  
 ta, ab alijs erepta sunt. ingratus est iniustusq; ciuis,  
 qui armorum periculo liberatus, animum tamē re-  
 tinet armatum: ut etiā ille sit melior, qui in acie ce-  
 cedit, quā qui in causa animā profudit: quæ enim per-  
 tinacia quibusdā, eadem alijs constantia videri po-  
 test. sed quia iā omnis fracta dissensio est armis, &  
 extincta æquitate victoris: restat, ut omnes vnū ve-  
 lint, qui modò habent aliquid non solum sapientie,  
 sed

Redit ad  
 excusationē  
 culpe belli ci-  
 vilis.

Sed etiam sanitatis: quia, nisi te C. Cæsar saluo, or  
in ista sententia, qua cum ante a, tum hodie vel ma-  
xime usus es, manente, salui esse non possumus. que-  
re omnes te, qui haec salua esse volumus, et horta-  
mur, et obsecramus, ut vita, ut saluti tuae consu-  
las; omnesque tibi, ut pro alijs etiam loquar, quod de  
me ipse sentio, quoniam subesse aliquid putas quod  
cauendum sit, non modo excubias, et custodias, sed  
etiam laterum nostrorum oppositus, et corporum  
pollicemur. <sup>1</sup> Sed ut, unde est orsa, in eodem termi-  
netur oratio mea: maximas tibi omnes gratias agi-  
mus C. Cæsar, maiores etiā habemus: <sup>2</sup> nam omnes idē  
sentiunt, quod ex omniū precibus, et lacrymis sen-  
tire potuisti: sed quia non est astatibus omnibus ne-  
cessere dicere, à me certe dici volunt: cui necesse est  
quodāmodo, et quod volūt, et quod M. Marcello  
à te huic ordinī populoq; R. et Reip. reddito, preci  
pue id à me fieri debere intelligo. nam lētari omnes,  
non ut de unius solū, sed ut de communi omniū sa-  
lute, sentio. quod autem summæ benevolentiae est,  
qua mea erga illum omnibus semper nota fuit, ut  
vix C. Marcello optimo et amatiissimo fratri, præ  
ter eum quidē cederem nemini: cum id solicitudine,  
cura, labore tandem præstiterim, quādiu est de illius  
salute dubitatum, certe hoc tempore magnis curis,  
molestijs, doloribus liberatus præstare debeo. itaq;  
C. Cæsar sic tibi gratias ago, ut, omnibus me rebus  
te non conseruato solum, sed etiam ornato, tamen

<sup>1</sup> Peroratio  
qua redit ad  
institutum.  
<sup>2</sup> Causam red-  
dit cur ipse  
pro omnibus  
loquatur.

ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo factio cumulus accesserit.

## ORATIONIS PRO Q. LIGARIO ARGVM.

**Q**VINTVS Ligarius ciuis Romanus, cum C. Considio Consule profectus est Legatus in Africam ante belli ciuilis principium. Decedēs inde Considius, illum Prouinciae præfecit. Orto mox bello inter Cæsarem & Pompeium Ligarius nullo negotio se implicari passus est. Nam P. Accius Varus, qui Prætor Africam obtinuerat, Uticam veniēs, imperitæ multitudinis concursu ad se facto statim imperium arripuit, quiescente Ligario, nec tamen prouincia, quæ contra Cæsarem tenebatur, decadēte. Interea cum L. Tuberō cum filio Q. Tuberone in Africam rei frumentariæ causa à Senatu missus esset, à Ligario & Varo, eius ingressu prohibitus est. Vnde ad Pompeium in Macedoniā concessit, & arma aduersus Cæsarem tulit. Finito bello Cæsar victor Tuberoni & multis alijs pepercit, exulante semper Ligario: cuius fratres & propinqui cùm sæpe pro eo apud Cæsarem intercederent, Q. Tuberō iniuriæ nondum

*Deguauohns*

*admodum raudosun*

dum oblitus, metuens ne Cæsari reconcilia-  
retur, Ligarium, quò Cæsar is clementiam ab  
eo auerteret, in foro accusauit. Hunc igitur  
Cicero hac elegantissima oratione defendit,  
& gratiam Cæsar is pro ipso impetrare con-  
tendit. Consistit autem hæc oratio in genere  
Iudiciali. Accusatur enim Ligarius, quod  
contra Cæsarem in Africa fuerit.

## PRO Q. LIGARIO AD C. CAE-

## SARE MONORATIO.



Ouu crimen<sup>1</sup> C. Cæsar, & ante hunc  
diem inauditum propinquus meus ad-  
te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium  
in Africa fuisse: idq; C. Pansa, præ-  
stanti vir ingenio, fretus fortasse ea  
familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est confiteri.  
Itaque, quò me vertam, nescio: paratus enim vene-  
ram, cum tu id neque per te scires, neq; audire aliū  
de potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri-  
salutē abuterer. sed quoniam diligentia inimici in-  
uestigatū est, quod latebat: confitendum est, vt op-  
nor: præsertim cum meus necessarius C. Pansa fece-  
rit, vt id iam integrum non esset: omissaq; contro-  
uersia omnis oratio ad misericordiam tuā cōferen-  
da est, qua plurimi sunt conseruati, cum à te non so-  
lum liberationem culpæ, sed errati veniam impetra-

<sup>1</sup> Incipit ab ironia ad ele-  
uandā crimi-  
nisdelationē  
Et queritur  
autoritate te-  
stimonij Pan-  
sa defendēdi  
facultaē si  
bi eruptam  
esse. Locus to-  
tus ironicus  
est.

<sup>2</sup> Ironica du-  
bitatio.

1 Concessio, nihil nocitura.  
2 Clausula e-piphonemata.

uissent? habes igitur Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum, sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te Tubero, qua virum omni laude dignū patrem tuū. itaque prius de vestro delicto cōfiteamini necesse est, quam Ligarij ullam culpam reprehendatis.

3 Narratio. 3 Q. igitur Ligarius, cū esset adhuc nulla bellū suspicio, Legatus in Africā cum Proconsule C. Considio profectus est: qua in Legatione & ciuibus & sociis ita se probauit, ut decedens Considius prouincia, satisfacere hominibus non posset, si quenquam alium prouinciae præfecisset. itaque Q. Ligarius, cū diu recusans nihil præfecisset, prouinciam accepit in iubis: cui sic præfuit in pace, ut & ciuibus, & sociis gratissima esset eius integritas & fides. bellum subito exarsit. quod, qui erant in Africa, ante audie runt geri, quam parari. quo auditio, partim cupiditate inconsiderata, partim cæco quodam timore, primo salutis causa, post etiam studij sui quærebant aliquem ducem. tum Ligarius domum spectans, & ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio pafsus est. interim P. Actius Varus, qui Prætor Africā obtinuerat, Uticam venit. ad eum statim cōcurrsum est: atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium, si illud imperium esse potuit, quod ad priuatum, clamore multitudinis imperitæ, nullo publico consilio deferebatur. itaq; Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paulum aduentu Vari

conquieuit adhuc C. Caesar Q. Ligarius omni culpa vacat. domo est egressus non modo nullū ad bellum, sed ne ad minimā quidem suspicionem belli: Legatus in pace profectus, in prouincia pacatissima ita se gessit, ut ei pacē esse expediret. profectio certe animū tuum non debet offendere: 2 num igitur remansio multo minus: nam profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam necessitatē honestam. ergo hæc duo tempora carent criminē; unū, cum est Legatus profectus; alterum, cum efflagitatus à prouincia, præpositus Africæ est. 3 tertium est tempus, quo post aduentum Varii in Africa restitit. quod si est criminōsum, necessitatis crimen est, non voluntatis. 4 an ille, si potuisset illinc ullo modo evadere, Uticæ potius, quam Romæ; cū P. Attio, quam cum cōcordissimis fratribus; cum alienis esse, quam cum suis maluisset? cum ipsa Legatio plena desiderij ac solitudinis fuisset propter incredibilē quendam fratrum amorem, hic æquo animo esse potuit belli dissidio distractus à fratribus? 5 nullum igitur habes Caesar adhuc in Q. Ligario signum alienē à te voluntatis. cuius ego causam, animaduerte quæso, qua fide defendam, cum prodo meam. ò clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis, monimentisq; decorandam: M. Cicero apud te defendit alium in ea voluntate non fuisse, in quæ se ipsum confitetur fuisse; nec tuas tacitas cogitationes extimescit; nec, quid tibi de alio audienti de se

1 Mouet &  
distinguit nra  
rationem, ut  
intelligatur  
in quo sit cri  
men.

2 Brevis ar  
gumentatio.

3 Profert tē  
pus criminō  
sum, sed cum  
defensione.

4 Cōfirmatio  
à loco & tem  
pore, admix  
to affectu.

5 Concludit  
narrationē.

**T**rauenela ipso occurrat, reformidat: 1 vide, quam nō reformil  
que explanat dem: vide, quanta lux liberalitatis, & sapietiae tuæ  
quod dixit. mihi apud te dicenti oboriatur: quatum potero, vo  
ce contedam, ut hoc populus R. exaudiatur. Suscepto  
bello Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nulla vi  
coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea arma pro  
fectus sum, quæ erant sumpta contra te. apud quem  
igitur hoc dico: nempe apud eum, qui, cum hoc sci=  
ret, tamen me, antequā vidit, Reip. reddidit: qui ad  
me ex Ægypto literas misit, ut essem idē, qui fuis=  
sem: qui cum ipse imperator in toto imperio popu  
li R. unus esset, esse me alterū passus est: à quo, hoc  
ipso C. Pansa mihi nunciū perferente, concessos fa=  
sces laureatos tenui, quoad tenēdos putauit: qui mi=  
hi tum denique se salutem putauit reddere, si eam  
nullis spoliatam ornamentis redderet. 2 vide quæso

**Epiphone-** Tubero, ut, qui de meo facto nō dubitem dicere, 3 de  
ma cum quæ- Ligarij non audeam confiteri. atque hæc propterea  
dā insultatio ne in aduersa de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dice=  
riū. 4000 3 Ex maior. rē, ignosceret. cuius ego industria glorieq; faueo,  
vel propter propinquam cognitionem, vel quòd  
eius ingenio studysq; delector, vel quòd laudem ado=  
lescentis propinquī existimo etiam ad meum ali=  
quem fructum redundare. sed hoc quero, quis pu=  
tet suisse crimen, esse in Africa Ligarium: nempe is,

**Explanatio** dicti acris & qui ex ipse in eadem Africa esse voluit, ex prohibi=  
vehementis per interro=  
gationem. tum se à Ligario queritur, ex certe contra ipsum  
Cæsarē est cōgressus armatus. 4. quid enim, Tubero,  
tuus

tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius age-  
 bat: cuius latus ille mucro petebat: qui sensus erat  
 armorum tuorum: quæ tua mens: oculi: manus: ar-  
 dor animi: quid cupiebas: quid optabas: 1 nimis ur= 1. Corrigie  
 geo: commoueri videtur adolescens: ad me reuer= quod vehes  
 tar. ijsdem in armis fui. quid autem aliud egimus  
 in aduersariū  
 Tubero, nisi vt, quod hic potest, nos possemus: 2 2 Epiphone-  
 quorum igitur impunitas, Cæsar, tue clementia  
 lausest, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet  
 oratio: atque in hac causa nonnihil equidem TUBE  
 ro etiam tuam, sed multo magis patris tui pruden-  
 tiam desidero, quod homo cum ingenio, tum etiam  
 doctrina excellens, genus hoc cause quod esset, non  
 viderit. nam si vidiisset, quo quis profecto, quam isto  
 modo à te agi maluisset. arguis fatentem: non est sa-  
 tis. accusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico,  
 meliorem, quam tu, aut, vt tu vis, parem. 3 hæc non 3 Extollit epi-  
 modo mirabilia sunt, sed prodigijs similia, quæ di- phonemate.  
 cam. non habet eam vim ista accusatio, vt 4 Q. Li= 4 Amplificat  
 garius condemnetur, sed vt necetur. hoc egit ciuis  
 R. ante te nemo. externi isti mores usque ad sangu-  
 nem incitare solent odium aut leuum Græcorum,  
 aut immaniū barbarorū. nā quid aliud agis: vt Ro-  
 me ne sit: vt domo careat: ne cum optimis fratri-  
 bus, ne cum hoc T. Brocho auunculo suo, ne cū eius  
 filio consobrino suo, ne nobiscum viuat: ne sit in pa-  
 tria: num in patria est: num potest in igitis carere his  
 omnibus, quam caret? Italia prohibetur, exulat non  
 bono

**E**t ergo hūc patria priuare, qua caret, sed vita vis.

**C**laudit senat istud ne apud eum quidem Dictatorem, qui omnes, quos oderat, morte multabat, quisquā egit isto modo. ipse iubebat occidi, nullo postulante: premijs etiam inuitabat. quæ tamen crudelitas ab hoc eodē aliquot annis post, quem tu nunc crudelem esse vis, vindicata est. ego vero istud non postulo, inquiero.

**O**ccupatio, ita mehercule existimo Tubero:<sup>2</sup> noui enim te, no-  
qua remouet ui patrem tuum, noui domum, nomenq; vestrum:  
imprudentia studia denique generis ac familiæ vestræ, virtutis,  
erguit. Cofir-  
mat à perso-  
sa, familia,  
fama, studio.  
humanitatis, doctrinæ, plurimarum artium atque  
optimarū nota sunt mihi omnia: itaque certo scio,  
vos non petere sanguinem: sed parum attenditis: res  
enim eò spectat, ut ea poena, in qua adhuc Q. Ligas

**R**epetit in-  
nius sit, non videamini esse contenti.<sup>3</sup> quæ est igitur  
verpretatio-  
nē actionis.

**C**onfirmat quid amplius postulatis: an ne ignoscatur?<sup>4</sup> hoc ve-  
ro multo acerbius, multoq; est grauius. quod nos  
domi petimus precibus, & lacrymis prostrati ad  
pedes, non tam nostra cause fidentes, quam huius  
humanitati; id ne impetremus, pugnabis? & in no-  
strum fletum irrumpes? & nos iacentes ad pedes

**C**onfirmat supplicum voce prohibebis?<sup>5</sup> si, cum hoc domi fa-  
prosopopœa-  
ceremus, quod fecimus, & vt spero, nō frustra  
fecimus, tu dereumente irrupisses, & clamare coepis-  
ses. C. Cæsar caue credas, caue ignoscas, caue te, fra-  
trum pro fratri salute obsecrantium misereat: non  
ne omnem humanitatē exuisses: quanto hoc durius,

quod

quod nos domi petimus, id à te in foro oppugnari,  
 & in tali miseria multorum perfugium miseri-  
 cordie tollere dicam planè C. Cæsar, quod sentio.  
 si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset,  
 quantam tu per te, per te, inquam, obtines: <sup>1</sup> (intelli-  
 go quid loquar) acerbissimo luctu redundaret ista  
 victoria: <sup>2</sup> quā multi enim essent de victoribus, qui <sup>2</sup> Ex minori-  
 te crudelē esse vellent, cum etiam de victis repe-  
 riatur: quām multi, qui, cū à te nemini ignosci vel-  
 lent, impedirent clementiam tuam, cum etiam <sup>3</sup> de maiorib.  
 quibus ipse ignouisti, nolint te in alios esse miseri-  
 cordem: quod si probare Cæsari possemus, in Afri-  
 ca Ligarium omnino non fuisse; si honesto & mise-  
 ricordi mēdacio saluti ciuis calamitosi cōsultū esse  
 vellemus: tamē hominis nō esset, in tāto discrimine  
 & periculo ciuis refellere & coarguere nostrum  
 mēdaciū: & si esset alicuius, eius certe nō esset qui  
 in eadē causa & fortuna fuisset. <sup>3</sup> sed tñ aliud est  
 errare Cæsare nolle, aliud nolle misereri. tū dices  
 caue Cæsar credas: fuit in Africa Ligarius: tulit ar-  
 ma cōtrate nūc quid dicis? <sup>4</sup> caue ignoscas: hæc nec  
 hominis, nec ad hominem vox est, qua qui apud te  
 C. Cæsar utetur, suam citius abijciet humanitatem,  
 quām extorquebit tuam. at primus aditus, & postu-  
 latio Tuberonis hæc, ut opinor, fuit, velle se de Q.  
 Ligarij scelere dicere. <sup>5</sup> non dubito, quin admiratus  
 sis: vel quod de nullo alio quisquam; vel quod is, <sup>5</sup> Alloquitus  
 qui in eadem causa fuisset; vel quidnam noui faci-  
<sup>1</sup> Preciositas rationis.  
<sup>2</sup> Ex minorib.  
<sup>3</sup> Amplificatio per comparationem.  
<sup>4</sup> Epiphonemate extollit sententiā, cum laude Cæsaris.  
<sup>5</sup> Alloquitus Cæarem.

## ORATIONE

**1 Inuadit a-** noris afferret: scelus tu illud vocas Tuber? cur  
**erius aduer-** isto enim nomine illa adhuc causa caruit. alij erro-  
**sarium & am-** plificat con- rem appellant, alij timorem, qui durius, spem, cupi-  
**plararijs exem-** ditatem, odium, pertinaciam; qui grauissime, teme-  
**plis.** ritatem; scelus, præter te, adhuc nemo. ac mihi qui-  
 dem, si proprium & verum nomē nostri mali que-  
 ratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur,  
 et improvidas hominum mentes occupauisse, ut  
 nemo mirari debeat humana consilia diuina neces-  
 sitate esse superata: a liceat esse miseros, quāquam

**2 Monet af-** sedum & for- hoc victore esse nō possumus. sed nō loquor de no-  
**xuna. & est** Schema per- bis: de illis loquor, qui occiderunt. fuerint cupidi,  
 missionis. fuerint irati, fuerint pertinaces: sceleris vero cri-  
 mine, furoris, parricidij liceat Cn. Pompeio mor-  
 tui,

**3 Exaggerat** tuo, liceat multis alijs carere. quando hoc quisquā  
 contrario ex ex te Cæsar audiuit, aut tua quid aliud arma volue-  
 emplo Cæ- runt, nisi à te contumeliam propulsare? quid egis  
 saris. tuus ille inactus exercitus, nisi ut suum ius tuer-  
 tur, et dignitatem tuam? quid tu cum pacem esse cu-  
 piebas, id ne ciebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cū  
 bonis ciuibus conueniret?

**4 Epiphone** in me maxima merita tanta certe non viderentur,  
 ma. si me ut sceleratum à te conseruatū putarem. quo  
 modo autem tu de Rep. bene meritus essem, si tot sce-  
 leratos incolim dignitate esse voluisses? secessio-  
 nē tu illam existimauisti Cæsar initio, non bellum;  
 non hostile odium, sed ciuile disfidium, utrisque cu-  
 pientibus Remp. salutem, sed partim consilijs, par-

*Lucio: orij, apax famili*

Sim studijs à communi utilitate aberrantibus. 1 prin<sup>1</sup> Exponit esse  
 cipum dignitas erat penè par, non par fortasse eo-  
 rum, qui sequebantur: causa tum dubia, quod erat  
 aliquid in utraque parte, quod probari posset; nunc  
 melior certe ea iudicanda est, quam etiam dij adiu-  
 uerunt. 2 cognita vero clementia tua, quis non eam 2 Antithesis  
 victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi ar= per exclama-  
 matus? 3 sed ut omittam communem causam, venia 3 Redit ad in-  
 mus ad nostram. Vtrum tandem existimas facilius stitutum.  
 fuisse tubero, Ligarium ex Africa exire, an vos in  
 Africam non venire? poteramus ne, inquieris, cum  
 senatus censuisset? si me consulis, nullo modo. sed  
 tamen Ligarium senatus idem legauerat. atque  
 ille eo tempore paruit, cum parere senatui neces-  
 se erat: vos tunc paruistis, cum paruit nemo,  
 qui noluit. 4 reprehendo igitur 5 minime vero: 4 Occupatio  
 5 neque enim licuit aliter vestro genere, nomini, fa 5 Ratio.  
 milie, disciplinae. sed hoc non concedo, ut qui-  
 bus rebus gloriemini in vobis, easdem in alijs re-  
 prehendatis. Tuberonis sors coniecta est ex S. C.  
 cum ipse non adesset, morbo etiam impediretur;  
 statuerat se excusare. 6 hæc ego noui propter 6 Confirmat  
 communes necessitudines, que mihi sunt cum L. suo amico.  
 Tuberone: domi una erudit, militie contuber-  
 nales, post affines, in omni deniq; vita familiares:  
 magnum etiam vinculum, quod iisdem semper 7 Concludit  
 studijs usi sumus. 7 scio igitur Tuberonē domi ma & causam  
 nere voluisse: sed ita quidā agebat, ita Reip. sancti. profectionis  
 repetit.

simum

**finum nomen apponebant, ut, etiam si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. cessit auctoritati amplissimi viri, vel potius paruit: una est profectus cum ijs, quorum erat una**

**¶ Concludit causa; tardius iter fecit: 1 itaque in Africam venit sotum hunc iam occupatam. hinc in Ligarium crimen oritur, locum.**

**2 Aetiologya vel ira potius: 2 nam si crimen est prohibere illum ad defensio- voluisse, non minus magnum est, vos Africam, omnium prouinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc urbem gerendum, obtinere voluisse, quam aliquem se imperatorem esse maluisse. atque is tamen aliquis Ligarius non fuit. Varus imperium se**

**3 Sectudapars habere dicebat: fasces certe habebat. 3 sed quoquo que tractatur modo sese illud habet, haec querela vestra Tubero- per coniectu- zam: quid valet? recepti in prouinciam non sumus. quid, si essetis? Cæsari ne eam tradituri fuissetis, an con-**

**4 nœgencia tra eum retenturi? 4 vide, quid licentiæ Cæsar nobis ad laudē cle- mentiæ & fa- pientiæ Cæ- rit Tubero, Africam, quod senatus eum forsqr; mise- faris.**

**rat, tibi patrem suum traditum fuisse: non dubita**

**bo apud ipsum te, cuius id eum facere interfuit, gra-**

**5 Aetiologya. uissimis verbis eius consilium reprehendere: 5 non**

**6 Locū hunc enim si tibi caræ grata fuisset, esset etiā probata. 6 abrumpit ne offendat Cæ- sed iam hoc totum omitto, non tam ut ne offendam sarem.**

**7 Transit ad aliud argumē- nunquam cogitauit, facturus fuisse videatur: 7 ve- gum. niebatis igitur in Africam, prouinciam unam ex**

**omnibus huic victoriæ maxime infestam, in qua**

**erat**

erat Rex potentissimus, inimicus huic cause, aliena  
 voluntas, conuentus firmi atque magni. quero,  
 quid facturi fuissetis? <sup>1</sup> quanquam, quid facturi fue-  
 ritis, non dubitē, cum videā, quid feceritis. prohibiti  
 estis in prouincia vestra pedē ponere, et prohibiti,  
 ut perhibetis, summa cum iniuria. quo modo id tuli-  
 stis? accepte iniuriae querelam ad quem detulistis?  
 nempe ad eum, cuius auctoritatem secuti, in societa-  
 tem belli veneratis. <sup>2</sup> quod si Cæsar is causa in pro-  
 uinciam veniebat, ad eum profecto exclusi pro-  
 uincia venissetis: venistis ad Pompeium: quæ est er-  
 go apud Cæsarem querela, cum eum accusetis, à  
 quo queramini vos prohibitos contra Cæsarem  
 bellum gerere: atque in hoc quidem vel cum menda-  
 cio, si vultis, gloriari per me licet, vos prouinciam  
 fuisse Cæsari tradituros, etiam si à Varo et quibus-  
 dam alijs prohibiti essetis: ego autem confitebor cul-  
 pam esse Ligarij, qui vostantæ laudis occasione  
 priuauerit. <sup>3</sup> sed vide quæso C. Cæsar constantiam; <sup>3</sup> Subiungit  
 ornatissimi viri L. Tuberonis: quam ego, quamvis  
 ipse probarem, ut probo, tamen non commemora-  
 rem, nisi à te cognouissem in primis eam virtutem  
 solere laudari. quæ fuit igitur unquam in ullo ho-  
 mine tanta constantia: constatiam dico? <sup>4</sup> nescio an <sup>4</sup> Correctio.  
 melius patietiam possem dicere: s quotus enim istud  
 quisque fecisset, ut à quibus partibus in dissensione  
 ciuili non esset receptus, essetq; etiam cum crudeli-  
 tate cinctus, ad eas ipsas rediret? magni cuiusdam  
 animi,

<sup>1</sup> Correctio  
ne vitat offen-  
sionem.

<sup>2</sup> Enchiridio  
ma ex repu-  
gnantibus,

<sup>3</sup> amplificatio  
nem à signo.

<sup>4</sup> Locus com-  
munis per ex-  
clamationem.

# ORATIO

¶ nimi, atque eius viri est, quem de suscep<sup>t</sup>a causa  
propositaq; sententia nulla contumelia, nulla  
vis, nullum periculum posset depellere: ut enim  
cætera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos,  
nobilitas, splendor, ingenium, quæ nequaquam fue-  
runt; hoc certe præcipuum Tuberonis fuit, quod iu-  
sto cum imperio ex S.C. in prouinciam suam vene-

¶ Distribu- rat. hinc prohibitus, non ad Cæsarem, ne iratus,  
non domum, ne iners; non aliquam in regionem,

ne condemnare causam illam, quam secutus esset,  
videretur; in Macedonia, in Cn. Pompeij castra

venit, in eam ipsam causam, à qua erat reiectus cum

¶ Argumētū iniuria. 3 quid: cum ista res nihil commouisset eius  
tertium per conjecturam.

Particula quid, vehe- mentiam ad fert.

animum, ad quem veneratis: languidore, credo, stu-  
dio in causa fuistis. tantummodo in præsidijis era-  
tis, animi vero à causa abhorrebat: an, ut fit in ci-  
uilibus bellis, nec in vobis magis, quam in reliquis,  
omnes vincendi studio tenebamur: pacis equidem  
semper auctor fui, sed tum sero: erat. n. amentis, cū  
aciem videres, pacem cogitare. omnes inquam vin-  
cere volebamus, tu certe præcipue, qui in eum lo-  
cum venisses, ubi tibi esset pereundum, nisi viciisses:  
quanquam, ut nunc se res habet, non dubito quin

¶ Colligit &c complexione & concludit,

hanc salutem anteponas illi victoriæ. 4 hæc ego no-  
dicerem Tubero, si aut vos constantiae vestræ, aut  
Cæsarem beneficij sui poeniteret. nunc quæro, utrum  
vestras iniurias, an Reip. persequamini? si Reip.  
quid de vestra in ea causa persecutantia responde-  
bitis?

bitis: si vestras, videte ne erretis, qui Cæsarem ve-  
 stris inimicis iratum fore putetis, cum ignouerit  
 suis. itaque num tibi videor Cæsar in causa Liga-  
 rij occupatus esse: num de eius facto dicere? quid-  
 quid dixi, ad unam summam referri volo, vel hu-  
 manitatis, vel clementiae, vel misericordiae tuæ.  
1 Concludit  
causas Cæsar egredi multas, & quidem tecum, dum te  
in foro tenuit ratio honorum tuorum; certe nun-  
quam hoc modo, 2 ignoscite iudices, errauit, lapsus  
est, non putauit. si unquam posthac ad parentem  
sic agi solet: ad iudices, non fecit, non cogitauit,  
falsi testes, fictum crimen. dic te Cæsar de facto Li-  
 garij iudicem esse: quibus in præsidij fuerit. que-  
 re. taceo. ne hæc quidem colligo, quæ fortasse vale-  
 rent etiam apud iudicem: Legatus ante bellum pro-  
 fectus, relictus in pace, bello oppressus, in eo non  
 acerbus, tum etiam fuit totus animo & studio tu-  
 us. ad iudicem sic agi solet. sed ego ad parentem lo-  
 quor: erravi, temere feci, pœnitet, ad clementiam  
 tuam configio, delicti veniam peto, ut ignoscas o-  
 ro: si nemo impetravit, arroganter: si plurimi, tu  
 idem fer opem, qui spem dedisti. 3 an sperandi Liga-  
 rijo causa non sit, cum mihi apud te sit locus etiā pro  
 altero deprecandi? 4 quāquam neque in hac oratio  
 ne spes est posita cause, nec in eorum studijs, qui à  
 te pro Ligario petunt tui necessarij. 5 vidi enim &  
 cognoui, quid maxime spectares, cū pro alicuius fa-  
 lute multi laboraret, causas apud te rogatiū gratio-  
3 Ab exemplo  
ex maiori.  
4 Correctio.  
5 A causa re-  
gantium.

## O R A T I O

res esse, quām preces: neque spectare, quām tuus es  
set necessarius, qui te oraret: sed quām illius, pro  
quo laboraret. itaque tribuis tu quidem tuis ita mul-  
ta, ut mihi beatiores illi esse videantur interdum,  
qui tua liberalitate fruuntur, quām tu ipse, qui illis  
tam multa concedis. sed video tamen apud te cau-  
sas, ut dixi, rogantium valere plus, quam preces, ab  
ijq; te moueri maxime, quorum iustissimum dolo-

**3. Accomo** rem videas in petendo. **in Q.** Ligario conseruando  
dat quod di-  
xit de causis multis tu quidem gratum facies necessarijs tuis: sed  
rogantium, hoc queso considera, quod soles. possum fortissi-  
mos viros Sabinos, tibi probatissimos, totumq; a-  
& ex perso- grum Sabinum, florem Italiae, probūr Reip. propo-  
nis ampli- nere. nosti optime homines. animaduerte horum om-  
nium mœstitudinem, & dolorem. huius T. Brochi , de  
quo non dubito quid existimes, lacrymas, squalore  
q; ipsius, & filij vides. quid de fratribus dicam? no-  
li Cæsar putare de unius capite nos agere. aut tres  
Ligarij in ciuitate retinendi sunt, aut tres ex ciuita-  
te exterminandi. quod quis exilium his est optatius,  
quām patria, quām domus, quām dij penates , uno

**2. Concludit** illo exulante. **si** fraterne, si pie, si cum dolore fa-  
& confirmat, ciunt, mouent te horum lacrymæ, moueat pietas,  
dicto Cæsar is de aduersa- moueat germanitas, valeat tua vox illa, quæ vicit:  
rije, te enim dicere audiebamus, nos, omnes aduersarios,  
putare, nisi qui nobiscum essent; te omnes, qui con-  
trate non essent, tuos, vides ne igitur hunc splendo-  
rem, omnem hanc Brochorum domum , hunc L.

Marcium,

Marcium, C. Cesetium, L. Cornificium, hosce omnes  
equites R. qui adsunt veste mutata, non solum notos.  
tibi, verum etiam probatos viros, qui tecum fuerunt:  
atque his maxime irascebamus, & hos requie-  
rebus, & his nonnulli etiam minabantur. conser-  
ua igitur tuis suos, ut quemadmodum cetera, que  
dicta sunt a te, sic hoc verissimum reperiatur: quod  
si penitus perspicere posse concordia Ligariorum:  
omnes fratres tecum iudicares fuisse. an potest quis  
quam dubitare, quin si Q. Ligarius in Italia esse po-  
tuisse, in eadem sententia futurus facerit, in qua fra-  
tres fuerunt: quis est, qui horum consensum conspi-  
rantem & penè constatum, in hac prope æqualita-  
te fraterna non nouerit? qui hoc non sentiat, quid  
uis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diver-  
sas sententias, fortunasq; sequerentur: voluntate  
igitur omnes tecum fuerunt, tempestate abreptus  
est unus: qui si consilio id fecisset, esset eorum simi-  
lis, quos tutamen saluos esse voluisti: sed ierit ad  
bellum, dissenserit non a te solum, verum etiam a  
fratribus: hite orant tui. equide cum tuis omnibus  
negotijs interessem, memoria teneo qualis tum T.

Ligarius Questor urbanus fuerit erga te & digni-  
tatem tuam. sed parum est me hoc meminisse: spero  
etiam te, qui obliuisci nihil soles, nisi iniurias, quo-  
niam hoc est animi, quoniam etiam ingenij tui, te  
aliquid de huius Questoris officio cogitantem, etia-  
de alijs quibusdam Questoribus reminiscetur.

A concordia  
Ligariorum.  
cognoscit A  
et discitat M  
admittit

Conclusio  
-30. Non est  
-31. Vnde  
-32. Vnde  
-33. Vnde  
-34. Vnde  
-35. Vnde  
-36. Vnde  
-37. Vnde  
-38. Vnde  
-39. Vnde  
-40. Vnde  
-41. Vnde  
-42. Vnde  
-43. Vnde  
-44. Vnde  
-45. Vnde  
-46. Vnde  
-47. Vnde  
-48. Vnde  
-49. Vnde  
-50. Vnde  
-51. Vnde  
-52. Vnde  
-53. Vnde  
-54. Vnde  
-55. Vnde  
-56. Vnde  
-57. Vnde  
-58. Vnde  
-59. Vnde  
-60. Vnde  
-61. Vnde  
-62. Vnde  
-63. Vnde  
-64. Vnde  
-65. Vnde  
-66. Vnde  
-67. Vnde  
-68. Vnde  
-69. Vnde  
-70. Vnde  
-71. Vnde  
-72. Vnde  
-73. Vnde  
-74. Vnde  
-75. Vnde  
-76. Vnde  
-77. Vnde  
-78. Vnde  
-79. Vnde  
-80. Vnde  
-81. Vnde  
-82. Vnde  
-83. Vnde  
-84. Vnde  
-85. Vnde  
-86. Vnde  
-87. Vnde  
-88. Vnde  
-89. Vnde  
-90. Vnde  
-91. Vnde  
-92. Vnde  
-93. Vnde  
-94. Vnde  
-95. Vnde  
-96. Vnde  
-97. Vnde  
-98. Vnde  
-99. Vnde  
-100. Vnde  
-101. Vnde  
-102. Vnde  
-103. Vnde  
-104. Vnde  
-105. Vnde  
-106. Vnde  
-107. Vnde  
-108. Vnde  
-109. Vnde  
-110. Vnde  
-111. Vnde  
-112. Vnde  
-113. Vnde  
-114. Vnde  
-115. Vnde  
-116. Vnde  
-117. Vnde  
-118. Vnde  
-119. Vnde  
-120. Vnde  
-121. Vnde  
-122. Vnde  
-123. Vnde  
-124. Vnde  
-125. Vnde  
-126. Vnde  
-127. Vnde  
-128. Vnde  
-129. Vnde  
-130. Vnde  
-131. Vnde  
-132. Vnde  
-133. Vnde  
-134. Vnde  
-135. Vnde  
-136. Vnde  
-137. Vnde  
-138. Vnde  
-139. Vnde  
-140. Vnde  
-141. Vnde  
-142. Vnde  
-143. Vnde  
-144. Vnde  
-145. Vnde  
-146. Vnde  
-147. Vnde  
-148. Vnde  
-149. Vnde  
-150. Vnde  
-151. Vnde  
-152. Vnde  
-153. Vnde  
-154. Vnde  
-155. Vnde  
-156. Vnde  
-157. Vnde  
-158. Vnde  
-159. Vnde  
-160. Vnde  
-161. Vnde  
-162. Vnde  
-163. Vnde  
-164. Vnde  
-165. Vnde  
-166. Vnde  
-167. Vnde  
-168. Vnde  
-169. Vnde  
-170. Vnde  
-171. Vnde  
-172. Vnde  
-173. Vnde  
-174. Vnde  
-175. Vnde  
-176. Vnde  
-177. Vnde  
-178. Vnde  
-179. Vnde  
-180. Vnde  
-181. Vnde  
-182. Vnde  
-183. Vnde  
-184. Vnde  
-185. Vnde  
-186. Vnde  
-187. Vnde  
-188. Vnde  
-189. Vnde  
-190. Vnde  
-191. Vnde  
-192. Vnde  
-193. Vnde  
-194. Vnde  
-195. Vnde  
-196. Vnde  
-197. Vnde  
-198. Vnde  
-199. Vnde  
-200. Vnde  
-201. Vnde  
-202. Vnde  
-203. Vnde  
-204. Vnde  
-205. Vnde  
-206. Vnde  
-207. Vnde  
-208. Vnde  
-209. Vnde  
-210. Vnde  
-211. Vnde  
-212. Vnde  
-213. Vnde  
-214. Vnde  
-215. Vnde  
-216. Vnde  
-217. Vnde  
-218. Vnde  
-219. Vnde  
-220. Vnde  
-221. Vnde  
-222. Vnde  
-223. Vnde  
-224. Vnde  
-225. Vnde  
-226. Vnde  
-227. Vnde  
-228. Vnde  
-229. Vnde  
-230. Vnde  
-231. Vnde  
-232. Vnde  
-233. Vnde  
-234. Vnde  
-235. Vnde  
-236. Vnde  
-237. Vnde  
-238. Vnde  
-239. Vnde  
-240. Vnde  
-241. Vnde  
-242. Vnde  
-243. Vnde  
-244. Vnde  
-245. Vnde  
-246. Vnde  
-247. Vnde  
-248. Vnde  
-249. Vnde  
-250. Vnde  
-251. Vnde  
-252. Vnde  
-253. Vnde  
-254. Vnde  
-255. Vnde  
-256. Vnde  
-257. Vnde  
-258. Vnde  
-259. Vnde  
-260. Vnde  
-261. Vnde  
-262. Vnde  
-263. Vnde  
-264. Vnde  
-265. Vnde  
-266. Vnde  
-267. Vnde  
-268. Vnde  
-269. Vnde  
-270. Vnde  
-271. Vnde  
-272. Vnde  
-273. Vnde  
-274. Vnde  
-275. Vnde  
-276. Vnde  
-277. Vnde  
-278. Vnde  
-279. Vnde  
-280. Vnde  
-281. Vnde  
-282. Vnde  
-283. Vnde  
-284. Vnde  
-285. Vnde  
-286. Vnde  
-287. Vnde  
-288. Vnde  
-289. Vnde  
-290. Vnde  
-291. Vnde  
-292. Vnde  
-293. Vnde  
-294. Vnde  
-295. Vnde  
-296. Vnde  
-297. Vnde  
-298. Vnde  
-299. Vnde  
-300. Vnde  
-301. Vnde  
-302. Vnde  
-303. Vnde  
-304. Vnde  
-305. Vnde  
-306. Vnde  
-307. Vnde  
-308. Vnde  
-309. Vnde  
-310. Vnde  
-311. Vnde  
-312. Vnde  
-313. Vnde  
-314. Vnde  
-315. Vnde  
-316. Vnde  
-317. Vnde  
-318. Vnde  
-319. Vnde  
-320. Vnde  
-321. Vnde  
-322. Vnde  
-323. Vnde  
-324. Vnde  
-325. Vnde  
-326. Vnde  
-327. Vnde  
-328. Vnde  
-329. Vnde  
-330. Vnde  
-331. Vnde  
-332. Vnde  
-333. Vnde  
-334. Vnde  
-335. Vnde  
-336. Vnde  
-337. Vnde  
-338. Vnde  
-339. Vnde  
-340. Vnde  
-341. Vnde  
-342. Vnde  
-343. Vnde  
-344. Vnde  
-345. Vnde  
-346. Vnde  
-347. Vnde  
-348. Vnde  
-349. Vnde  
-350. Vnde  
-351. Vnde  
-352. Vnde  
-353. Vnde  
-354. Vnde  
-355. Vnde  
-356. Vnde  
-357. Vnde  
-358. Vnde  
-359. Vnde  
-360. Vnde  
-361. Vnde  
-362. Vnde  
-363. Vnde  
-364. Vnde  
-365. Vnde  
-366. Vnde  
-367. Vnde  
-368. Vnde  
-369. Vnde  
-370. Vnde  
-371. Vnde  
-372. Vnde  
-373. Vnde  
-374. Vnde  
-375. Vnde  
-376. Vnde  
-377. Vnde  
-378. Vnde  
-379. Vnde  
-380. Vnde  
-381. Vnde  
-382. Vnde  
-383. Vnde  
-384. Vnde  
-385. Vnde  
-386. Vnde  
-387. Vnde  
-388. Vnde  
-389. Vnde  
-390. Vnde  
-391. Vnde  
-392. Vnde  
-393. Vnde  
-394. Vnde  
-395. Vnde  
-396. Vnde  
-397. Vnde  
-398. Vnde  
-399. Vnde  
-400. Vnde  
-401. Vnde  
-402. Vnde  
-403. Vnde  
-404. Vnde  
-405. Vnde  
-406. Vnde  
-407. Vnde  
-408. Vnde  
-409. Vnde  
-410. Vnde  
-411. Vnde  
-412. Vnde  
-413. Vnde  
-414. Vnde  
-415. Vnde  
-416. Vnde  
-417. Vnde  
-418. Vnde  
-419. Vnde  
-420. Vnde  
-421. Vnde  
-422. Vnde  
-423. Vnde  
-424. Vnde  
-425. Vnde  
-426. Vnde  
-427. Vnde  
-428. Vnde  
-429. Vnde  
-430. Vnde  
-431. Vnde  
-432. Vnde  
-433. Vnde  
-434. Vnde  
-435. Vnde  
-436. Vnde  
-437. Vnde  
-438. Vnde  
-439. Vnde  
-440. Vnde  
-441. Vnde  
-442. Vnde  
-443. Vnde  
-444. Vnde  
-445. Vnde  
-446. Vnde  
-447. Vnde  
-448. Vnde  
-449. Vnde  
-450. Vnde  
-451. Vnde  
-452. Vnde  
-453. Vnde  
-454. Vnde  
-455. Vnde  
-456. Vnde  
-457. Vnde  
-458. Vnde  
-459. Vnde  
-460. Vnde  
-461. Vnde  
-462. Vnde  
-463. Vnde  
-464. Vnde  
-465. Vnde  
-466. Vnde  
-467. Vnde  
-468. Vnde  
-469. Vnde  
-470. Vnde  
-471. Vnde  
-472. Vnde  
-473. Vnde  
-474. Vnde  
-475. Vnde  
-476. Vnde  
-477. Vnde  
-478. Vnde  
-479. Vnde  
-480. Vnde  
-481. Vnde  
-482. Vnde  
-483. Vnde  
-484. Vnde  
-485. Vnde  
-486. Vnde  
-487. Vnde  
-488. Vnde  
-489. Vnde  
-490. Vnde  
-491. Vnde  
-492. Vnde  
-493. Vnde  
-494. Vnde  
-495. Vnde  
-496. Vnde  
-497. Vnde  
-498. Vnde  
-499. Vnde  
-500. Vnde  
-501. Vnde  
-502. Vnde  
-503. Vnde  
-504. Vnde  
-505. Vnde  
-506. Vnde  
-507. Vnde  
-508. Vnde  
-509. Vnde  
-510. Vnde  
-511. Vnde  
-512. Vnde  
-513. Vnde  
-514. Vnde  
-515. Vnde  
-516. Vnde  
-517. Vnde  
-518. Vnde  
-519. Vnde  
-520. Vnde  
-521. Vnde  
-522. Vnde  
-523. Vnde  
-524. Vnde  
-525. Vnde  
-526. Vnde  
-527. Vnde  
-528. Vnde  
-529. Vnde  
-530. Vnde  
-531. Vnde  
-532. Vnde  
-533. Vnde  
-534. Vnde  
-535. Vnde  
-536. Vnde  
-537. Vnde  
-538. Vnde  
-539. Vnde  
-540. Vnde  
-541. Vnde  
-542. Vnde  
-543. Vnde  
-544. Vnde  
-545. Vnde  
-546. Vnde  
-547. Vnde  
-548. Vnde  
-549. Vnde  
-550. Vnde  
-551. Vnde  
-552. Vnde  
-553. Vnde  
-554. Vnde  
-555. Vnde  
-556. Vnde  
-557. Vnde  
-558. Vnde  
-559. Vnde  
-560. Vnde  
-561. Vnde  
-562. Vnde  
-563. Vnde  
-564. Vnde  
-565. Vnde  
-566. Vnde  
-567. Vnde  
-568. Vnde  
-569. Vnde  
-570. Vnde  
-571. Vnde  
-572. Vnde  
-573. Vnde  
-574. Vnde  
-575. Vnde  
-576. Vnde  
-577. Vnde  
-578. Vnde  
-579. Vnde  
-580. Vnde  
-581. Vnde  
-582. Vnde  
-583. Vnde  
-584. Vnde  
-585. Vnde  
-586. Vnde  
-587. Vnde  
-588. Vnde  
-589. Vnde  
-590. Vnde  
-591. Vnde  
-592. Vnde  
-593. Vnde  
-594. Vnde  
-595. Vnde  
-596. Vnde  
-597. Vnde  
-598. Vnde  
-599. Vnde  
-600. Vnde  
-601. Vnde  
-602. Vnde  
-603. Vnde  
-604. Vnde  
-605. Vnde  
-606. Vnde  
-607. Vnde  
-608. Vnde  
-609. Vnde  
-610. Vnde  
-611. Vnde  
-612. Vnde  
-613. Vnde  
-614. Vnde  
-615. Vnde  
-616. Vnde  
-617. Vnde  
-618. Vnde  
-619. Vnde  
-620. Vnde  
-621. Vnde  
-622. Vnde  
-623. Vnde  
-624. Vnde  
-625. Vnde  
-626. Vnde  
-627. Vnde  
-628. Vnde  
-629. Vnde  
-630. Vnde  
-631. Vnde  
-632. Vnde  
-633. Vnde  
-634. Vnde  
-635. Vnde  
-636. Vnde  
-637. Vnde  
-638. Vnde  
-639. Vnde  
-640. Vnde  
-641. Vnde  
-642. Vnde  
-643. Vnde  
-644. Vnde  
-645. Vnde  
-646. Vnde  
-647. Vnde  
-648. Vnde  
-649. Vnde  
-650. Vnde  
-651. Vnde  
-652. Vnde  
-653. Vnde  
-654. Vnde  
-655. Vnde  
-656. Vnde  
-657. Vnde  
-658. Vnde  
-659. Vnde  
-660. Vnde  
-661. Vnde  
-662. Vnde  
-663. Vnde  
-664. Vnde  
-665. Vnde  
-666. Vnde  
-667. Vnde  
-668. Vnde  
-669. Vnde  
-670. Vnde  
-671. Vnde  
-672. Vnde  
-673. Vnde  
-674. Vnde  
-675. Vnde  
-676. Vnde  
-677. Vnde  
-678. Vnde  
-679. Vnde  
-680. Vnde  
-681. Vnde  
-682. Vnde  
-683. Vnde  
-684. Vnde  
-685. Vnde  
-686. Vnde  
-687. Vnde  
-688. Vnde  
-689. Vnde  
-690. Vnde  
-691. Vnde  
-692. Vnde  
-693. Vnde  
-694. Vnde  
-695. Vnde  
-696. Vnde  
-697. Vnde  
-698. Vnde  
-699. Vnde  
-700. Vnde  
-701. Vnde  
-702. Vnde  
-703. Vnde  
-704. Vnde  
-705. Vnde  
-706. Vnde  
-707. Vnde  
-708. Vnde  
-709. Vnde  
-710. Vnde  
-711. Vnde  
-712. Vnde  
-713. Vnde  
-714. Vnde  
-715. Vnde  
-716. Vnde  
-717. Vnde  
-718. Vnde  
-719. Vnde  
-720. Vnde  
-721. Vnde  
-722. Vnde  
-723. Vnde  
-724. Vnde  
-725. Vnde  
-726. Vnde  
-727. Vnde  
-728. Vnde  
-729. Vnde  
-730. Vnde  
-731. Vnde  
-732. Vnde  
-733. Vnde  
-734. Vnde  
-735. Vnde  
-736. Vnde  
-737. Vnde  
-738. Vnde  
-739. Vnde  
-740. Vnde  
-741. Vnde  
-742. Vnde  
-743. Vnde  
-744. Vnde  
-745. Vnde  
-746. Vnde  
-747. Vnde  
-748. Vnde  
-749. Vnde  
-750. Vnde  
-751. Vnde  
-752. Vnde  
-753. Vnde  
-754. Vnde  
-755. Vnde  
-756. Vnde  
-757. Vnde  
-758. Vnde  
-759. Vnde  
-760. Vnde  
-761. Vnde  
-762. Vnde  
-763. Vnde  
-764. Vnde  
-765. Vnde  
-766. Vnde  
-767. Vnde  
-768. Vnde  
-769. Vnde  
-770. Vnde  
-771. Vnde  
-772. Vnde  
-773. Vnde  
-774. Vnde  
-775. Vnde  
-776. Vnde  
-777. Vnde  
-778. Vnde  
-779. Vnde  
-780. Vnde  
-781. Vnde  
-782. Vnde  
-783. Vnde  
-784. Vnde  
-785. Vnde  
-786. Vnde  
-787. Vnde  
-788. Vnde  
-789. Vnde  
-790. Vnde  
-791. Vnde  
-792. Vnde  
-793. Vnde  
-794. Vnde  
-795. Vnde  
-796. Vnde  
-797. Vnde  
-798. Vnde  
-799. Vnde  
-800. Vnde  
-801. Vnde  
-802. Vnde  
-803. Vnde  
-804. Vnde  
-805. Vnde  
-806. Vnde  
-807. Vnde  
-808. Vnde  
-809. Vnde  
-810. Vnde  
-811. Vnde  
-812. Vnde  
-813. Vnde  
-814. Vnde  
-815. Vnde  
-816. Vnde  
-817. Vnde  
-818. Vnde  
-819. Vnde  
-820. Vnde  
-821. Vnde  
-822. Vnde  
-823. Vnde  
-824. Vnde  
-825. Vnde  
-826. Vnde  
-827. Vnde  
-828. Vnde  
-829. Vnde  
-830. Vnde  
-831. Vnde  
-832. Vnde  
-833. Vnde  
-834. Vnde  
-835. Vnde  
-836. Vnde  
-837. Vnde  
-838. Vnde  
-839. Vnde  
-840. Vnde  
-841. Vnde  
-842. Vnde  
-843. Vnde  
-844. Vnde  
-845. Vnde  
-846. Vnde  
-847. Vnde  
-848. Vnde  
-849. Vnde  
-850. Vnde  
-851. Vnde  
-852. Vnde  
-853. Vnde  
-854. Vnde  
-855. Vnde  
-856. Vnde  
-857. Vnde  
-858. Vnde  
-859. Vnde  
-860. Vnde  
-861. Vnde  
-862. Vnde  
-863. Vnde  
-864. Vnde  
-865. Vnde  
-866. Vnde  
-867. Vnde  
-868. Vnde  
-869. Vnde  
-870. Vnde  
-871. Vnde  
-872. Vnde  
-873. Vnde  
-874. Vnde  
-875. Vnde  
-876. Vnde  
-877. Vnde  
-878. Vnde  
-879. Vnde  
-880. Vnde  
-881. Vnde  
-882. Vnde  
-883. Vnde  
-884. Vnde  
-885. Vnde  
-886. Vnde  
-887. Vnde  
-888. Vnde  
-889. Vnde  
-890. Vnde  
-891. Vnde  
-892. Vnde  
-893. Vnde  
-894. Vnde  
-895. Vnde  
-896. Vnde  
-897. Vnde  
-898. Vnde  
-899. Vnde  
-900. Vnde  
-901. Vnde  
-902. Vnde  
-903. Vnde  
-904. Vnde  
-905. Vnde  
-906. Vnde  
-907. Vnde  
-908. Vnde  
-909. Vnde  
-910. Vnde  
-911. Vnde  
-912. Vnde  
-913. Vnde  
-914. Vnde  
-915. Vnde  
-916. Vnde  
-917. Vnde  
-918. Vnde  
-919. Vnde  
-920. Vnde  
-921. Vnde  
-922. Vnde  
-923. Vnde  
-924. Vnde  
-925. Vnde  
-926. Vnde  
-927. Vnde  
-928. Vnde  
-929. Vnde  
-930. Vnde  
-931. Vnde  
-932. Vnde  
-933. Vnde  
-934. Vnde  
-935. Vnde  
-936. Vnde  
-937. Vnde  
-938. Vnde  
-939. Vnde  
-940. Vnde  
-941. Vnde  
-942. Vnde  
-943. Vnde  
-944. Vnde  
-945. Vnde  
-946. Vnde  
-947. Vnde  
-948. Vnde  
-949. Vnde  
-950. Vnde  
-951. Vnde  
-952. Vnde  
-953. Vnde  
-954. Vnde  
-955. Vnde  
-956. Vnde  
-957. Vnde  
-958. Vnde  
-959. Vnde  
-960. Vnde  
-961. Vnde  
-962. Vnde  
-963. Vnde  
-964. Vnde  
-965. Vnde  
-966. Vnde  
-967. Vnde  
-968. Vnde  
-969. Vnde  
-970. Vnde  
-971. Vnde  
-972. Vnde  
-973. Vnde  
-974. Vnde  
-975. Vnde  
-976. Vnde  
-977. Vnde  
-978. Vnde  
-979. Vnde  
-980. Vnde  
-981. Vnde  
-982. Vnde  
-983. Vnde  
-984. Vnde  
-985. Vnde  
-986. Vnde  
-987. Vnde  
-988. Vnde  
-989. Vnde  
-990. Vnde  
-991. Vnde  
-992. Vnde  
-993. Vnde  
-994. Vnde  
-995. Vnde  
-996. Vnde  
-997. Vnde  
-998. Vnde  
-999. Vnde  
-1000. Vnde

Ligarij.

Concessio  
ex fiduciacau-  
sz, vbi pro-  
fert merita

recordari. hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit  
aliud (neque enim haec diuinabat) nisi ut tu eum stu-  
diosum & bonum virum iudicares, nunc a te sup-  
plex fratris salutem petet. quam huius admonitus

officio cum utrisque his dederis, tres fratres opti-  
mos, & integerrimos non solum sibi ipsos, neque

his tot ac talibus viris, neque nobis necessarijs suis,

<sup>2</sup> Ab exemplo sed etiam Reip. condonaueris. fac igitur quod de  
Marcelli re- homine nobilissimo & clarissimo M. Marcello re-  
stituti.

stituto fecisti nuper in curia, nunc quidē in foro de  
optimis, & huic omni frequentie probatissimis fra-  
tribus. ut concessisti illum senatui, sic da hunc popu-  
lo, cuius voluntatem charissimam semper habuisti:  
& si ille dies tibi gloriissimus, populo R. gratifi-  
mus fuit, noli obsecrō dubitare C. Cæsar similem illi

<sup>2</sup> Aetiologya glorie laudem quam s̄epissime querere: <sup>2</sup> nihil est  
per locū cō- enim tam populare, quam bonitas: nulla de virtuti-  
munem. bus tuis plurimis nec gratiōr, nec admirabilior mi-  
sericordia est: homines enim ad deos nulla re pro-

<sup>3</sup> Singularis pius accedunt, quam salutem hominibus dādo. <sup>3</sup> ni-  
amplificatio hil habet nec fortuna tua maius, quā ut possis; nec  
natura tua melius, quam ut velis cōseruare quam-

<sup>4</sup> Abrumpit plurimos. <sup>4</sup> longiorem orationem causa forsitan  
orationem & postulat, tua certe natura breviorem. quare cum  
concludit. utilius esse arbitrerte ipsum, quam aut me, aut  
quenquam, loqui tecum, finem iam faciam: tantum  
te admonebo, si illi absenti salutem dederis, præsen-  
tibus his omnibus te daturum.

## ORATIONIS PRO

LEGE MANILIA ARGVM.

V V M Mithridatem Regem Ponti multis prælijs terra marique L. Lucullus viciisset, eumque tandem in Armenia cum Rege Tigrane, ad quem confugerat, magno certamine superasset; ipse à militibus suis destitutus, atque Senatu consulto reuocatus, bellum confidere non potuit. Mithridate igitur prouincejs, socijs, atque amicis populi Romani imminente, C. Manilius Trib. pl. legem tulit; ut Pompeius in prouincias, quotquot Lucullus tenebat, succederet, belliisque gerendi aduersus Mithridatem & Tigranem Imperator extra ordinem deligeretur. Hac lege quoniam Pompeij potentia nimium angeri, libertas publica prodi, & Lucullus suorum rerum gestarum gloria priuari videbatur (quod triumphi potius quam belli successor hac lege Pompeius decerneretur). Hortensius & Q. Catulus viri Consulares legis promulgationi intercesserunt, cæteris metu plebis conticentibus. His Cicero hac oratione respondet, ostendens bellum necessarium ac difficultimum esse, nec alium imperatorem præter Pompeium iuueniri, qui

C 2 idoneus

idoneus sit ad id bellum administrandum. Quare populo suèdet, vt lege Manili Pompeium ducem belli Mithridatici declareret. Est autem oratio generis Deliberatiui: suadet enim Cicero Pompeium deligi Imperatorem. Status coniecturalis, An Pompeius bello Mithridatico sit præficiendus. Genus ipsum orationis temperatum.

## M. T. CICERONIS PRO LEGE MANILIA AD POPVLVM ORATIO.

I. Hoc exordio Intelleximus causa rationem expouit. Cicero significat graui animi & inficij iuri polli citatos, quæ omnia tractatur pessimi studine cuius seporatiois aucta nouis dissimilibus continet explicationem causarū, cur ante id tempus in Rostra nō ascendidisset.

**V**ANQVAM mihi semper frequens conspectus vester multò iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendū ornatisimus est visus Quirites: tandem hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maxime patuit, non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab incunte ætate suscepæ prohibuerunt. Nam cùm antea per ætatem nondum huius autoritatem loci contingere auderem, statueremq; nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. ita neque hic locus vacuus unquam ab ijs qui vestram causam defen-

defenderent: <sup>1</sup> & meus labor in priuatorum periculis castè integre<sup>q;</sup> versatus , ex vestro iudicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cùm propter dilationem comitiorum ter Prætor primus Centurijs cunctis renuntiatus sum , facile intellexi Quirites , & quid de me iudicaretis , & quid alijs præscriberetis. <sup>2</sup> Nunc cùm & autori= tatis in me tantum sit , quantum vos <sup>3</sup> honoribus mandandum esse voluistis : & ad agendum facultatis tantum , quantum homini vigilanti ex forensi v̄su propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre : certè & si quid etiam dicendo consequi possum , ijs ostendam potissimum , qui ei quoque rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt .

Atque illud in primis mihi lætandum iure esse vi-  
deo , quòd in hac insolita mihi ex hoc loco ratio-  
ne dicendi , causa talis oblata est , in qua oratio ne-  
mini deesse potest. Dicendum est enim de Cn. Pom-  
peij singulari , eximiaq; virtute : huius autem ora-  
tionis difficilius est exitum , quām principium in-  
uenire : itaque non mihi tam copia , quām modus  
in dicendo quærendus est. <sup>5</sup> Atque vt inde oratio  
mea proficiatur , unde hæc omnis causa duci-  
tur : bellum graue , & periculosum vestris ve-  
ctigalibus , atque socijs à duobus potentissimis  
Regibus infertur , Mithridate , & Tigrane: quo-  
rum alter relictus , alter laceſitus occasionem  
sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitra-

<sup>1</sup> Comendat obiter suam operam foye s'm ex conie quentibus euentis.

<sup>2</sup> avrato- primariæ dis similitudi- nis ex causis adiuuatiibus.

<sup>3</sup> Metony- micā amodi

Excusa-  
tio. Ex-  
sibit ut se  
adireat que  
tamen se ma-  
gno quadam  
& breviter di-  
cendum alii-  
dit.

<sup>5</sup> Propositio  
est , & quali  
fundamenta  
totius causæ.

tur. Equitibus Ro. honestissimis viris afferuntur  
 ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ res agun-  
 tur in vestris vctigalibus exercendis occupatæ:  
 qui ad me pro necessitudine, quæ mihi est cum  
 illo ordine, causam Reip. periculaque rerum sua-  
 rum detulerunt: Bithynie, quæ nunc nostra pro-  
 uincia est, vicos exustos esse complures: Regnum  
 1 Conclusio Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vcti-  
 Propositiois galibus, totum esse in hostium potestate: Lucullum  
 cum transitu magnis rebus gestis ab eo bello discedere: huic  
 ad summam partitione to qui succurrerit, non satis esse paratum ad tantum  
 ti⁹ orationis, bellum administrandum: unum ab omnibus socijs,  
 que trib⁹ mē bris constat.  
 2 Primū par & ciuib⁹ ad id bellum Imperatorem deposci,  
 titionis mē atque expeti: eundem hunc unum ab hostibus me-  
 brum dispu- tui, præterea neminem. 1 Causa quæ sit videtis:  
 tatur ex fine in hac senten nunc quid agendum sit considerate. Primum mihi  
 ziam: Bellum videtur de genere belli, deinde de magnitudine,  
 quod geritur tum de Imperatore deligendo esse dicendum. 2 Ge-  
 & gloria po- puli Ro. &c. nus est enim eiusmodi, quod maximè vctros ani-  
 magno stu- mos excitare, atque inflammare debet: in quo agi-  
 dio gerendū est. Mithrida tur Pop. Roman. gloria, quæ vobis à maioribus  
 ticū bellū est eiusmodi. Ma cùm magna in rebus omnibus, tum summa in  
 gno igitur re militari tradita est: agitur salus sociorum  
 studio geren atque amicorum, pro qua multa maiores vestri  
 dū est. Assum magna & grauia bella gesserunt: aguntur cer-  
 ptio præce- dit breui cō- tiſſima Pop. Rom. vctigalia, & maxima, qui-  
 gerie qua- tuor capita bus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia  
 proponens, belli frustra requiretis: aguntur bona multorum  
 ciuium,

ciuum, quibus est et à vobis, et ab Imperatori-  
 bus Reipu. consulendum. <sup>1</sup> Et quoniam semper <sup>1</sup> Fusius expli-  
 appetentes gloriae præter cæteras gentes, atque  
 audi laudis fuitis, delenda est vobis illa macula  
 Mithridatico bello superiore suscepta, quæ peni-  
 tus iam in sedit, atque inueterauit in Pop. Roma,  
 nomine: quod is, qui una die, tota Asia, tot in ciui-  
 tatibus, uno nuntio, atque una literarum significa-  
 tione ciues Rom. necandos, trucidandosq; deno-  
 tavit, non modò adhuc poenam nullam suo dignam  
 scelere suscepit, sed ab illo tempore annum iam  
 tertium, et vigesimum regnat. Et ita regnat, ut  
 se non Ponto, neque Cappadocie latebris occul-  
 tare velit, sed emergere è patrio regno, atque in  
 vestris vectigalibus, hoc est, in Asia luce versa-  
 ri. <sup>2</sup> Etenim adhuc ita vestri cum illo Rege conten-  
 derunt Imperatores, ut ab illo insignia victoriae,  
 non victoriam reportarent. Triumphauit L. Sylla,  
 triumphauit L. Murena de Mithridate, duo  
 fortissimi viri, et summi imperatores: sed ita triū-  
 pharunt, ut ille pulsus, superatusq; regnaret. Ve-  
 rumtamen illis Imperatoribus laus est tribuenda,  
 quod egerint: venia danda, quod reliquerunt:  
 propterea quod ab eo bello Syllam in Italiam  
 Respu. Murenam Sylla reuocauit. Mithridates  
 autem omne reliquum tempus, non ad obliuio-  
 nem veteris belli, sed ad comparationem noui con-  
 tulit; qui postea quam maximas edificasset, ornas-  
<sup>cat 1. caput assumptionis & subiectum propositi finis ampli- cat.</sup>

setq; classes, exercitusq; permagnos quibuscunque ex gentibus potuisset, comparasset, Bosphorans finitimus suis bellum inferre simulasset, usque in Hispaniam Legatos Ecbatanis misit ad eos duces, quibuscum tunc bellum gerebamus: ut cum duobus in locis disiunctissimis, maximeq; diuersis

<sup>1</sup> Digressio vno consilio, ab unis hostium copijs bellum terra, cula ad laude mariq; gereretur, vos ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. <sup>1</sup> Sed tanien alterius parata.

<sup>1</sup> Orbis co-partis periculum Sertorianæ atque Hispaniensis, cinnitatis. quæ multò plus firmamenti, ac roboris habebat,

<sup>2</sup> Abrupit in Cn. Pompeij diuino consilio, ac singulari virtute stitutam di- depulsum est: in altera parte ita res à L. Lucullo

gressione re summo viro est administrata, ut initia illa gesta= zetione qua rum rerum magna atque præclara, non + felici-

dam in alium commodio - tati eius, sed virtuti: hæc autem extrema quæ nu= rem locum.

<sup>3</sup> Redit ad buenda esse videantur. <sup>2</sup> Sed de Lucullo dicam ppositū atq; hoe potissi+ aliо loco, & ita dicam Quirites, ut neque vera mū loco, syl- laus ei detracta oratione nostra, neque falsa affi= logismi quē diximus, pro etia esse videatur. <sup>3</sup> Sed pro vestri imperij digni= positio conti=tate atque gloria, quoniam is est exorsus ora= nentur aucta= multis mino= tionis meæ, videte quem vobis animum susci= rura collatio piendum putetis. <sup>4</sup> Maiores vestri saepe merca= nibus,

<sup>4</sup> Prima col=toris, ac nauiculatoribus iniuriosius tracta= latio minorū tis, bella gesserunt: vos tot ciuium Roman. millibus,

<sup>5</sup> Secunda col= vno nuntio, atque uno tempore necatis, quo tandem latio. animo esse debetis? <sup>5</sup> Legati quod erant, appellati superbius,

Superbius, Corinthum patres vestri totius Græcie lumen extinctum esse voluerunt: vos eum Regem inultum esse patiemini, qui Legatum Pop. Rom. Consularrem, vinculis, ac verberibus, atq; omni supplicio excruciatum necauit:<sup>1</sup> Illi libertatem ciuiū <sup>Tertia.</sup>  
 Rom. imminutam non tulerunt: vos vitam erectā negligetis:<sup>2</sup> Ius legationis verbo violatum illi per <sup>2 Quarta.</sup>  
 secuti sunt: vos Legatum Pop. Rom. omni suppli-  
 cio imperfectum, inultum relinquatis:<sup>3</sup> Videte, ne,  
 ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperij gloriā relinquere: sic vobis turpisimum sit, il-  
 lud, quod accepistis, tueri & conseruare nō posse.<sup>4</sup>  
 Quid, quod salus sociorum summum in periculum  
 ac discriimen vocatur? Regno expulsus est Ariobar-  
 zanes Rex, socius Pop. Rom. atque amicus: immi-  
 nent duo Reges toti Asia, non solum vobis iniimi-  
 cissimi, sed etiam vestris socijs atque amicis: ciuita-  
 tes autem omnes, cuncta Asia, atque Græcia ve-  
 strum auxilium expectare propter periculi magni-  
 tudinem coguntur: Imperatorem à vobis certum deponscere, cum præsertim vos alium miseritis, ne-  
 que audent, neque se id facere summo sine periculo posse arbitrantur: vident, & sentiunt hoc idē, quod  
 & vos, & unum virum esse, in quo summa sint om-  
 nia, & eum propè esse, quò etiam carent ægrius: cu-  
 ius aduentu ipso, atque nomine, tametsi ille ad ma-  
 ritimum bellum venerit, tamen impetus hostium re-  
 pressos esse intelligunt, ac retardatos. Hi vos, quo-

<sup>3</sup> Concludit  
 1. caput assump-  
 ptionis pec-  
 compacatio-  
 nem contra-  
 riorum.

<sup>4</sup> Secundum  
 caput assump-  
 ptionis pro-  
 batur argu-  
 mento à spe-  
 cie ad genus.

<sup>5</sup> Attingit o-  
 biter princi-  
 pem quæstio-  
 nem huius  
 orationis de  
 Pompeio im-  
 peratore deli-  
 gendo & co-  
 firmat indi-  
 cito sociorū.

uiam libere loqui non licet, tacite rogant, ut se quoque sicut ceterarum provinciarum socios dignos existimetis, quorum salutem tali viro com-

<sup>†</sup> Ceteris, mendetis. atque hoc etiam magis quam <sup>†</sup> cete- legendū esse ros, quod eiusmodi in prouinciam homines cum sequēs ratio ostēdit, ut ad imperio mittimus, ut etiam si ab hoste defendant, Imperatores tamen ipsorum aduentus in urbes sociorum non nō ad socios multum ab hostili expugnatione differant.

<sup>1</sup> Metony- Hunc audiebant antea, nunc presentem vident, mia. 3. modi tanta temperantia, tanta mansuetudine, tanta hūc, i. famam virtutū eius.

<sup>2</sup> Complexio quos ille diutissimē commoratur. <sup>2</sup> Quare si pro- syllogismi pter socios nulla ipsi iniuria laceſſiti maiores ve- cum repeti- zione argu- stri cum Antiocho, cum Aetolis, cum Poenis menti aucta bellat gesserunt; quanto vos studio conuenit in- collatione minorum. iurijs prouocatos, sociorum salutem unā cum im-

<sup>3</sup> Transit ad tertium caput perij vestri dignitate defendere? , præsertim cūm assumptiōis. de vestris maximis vectigalibus agatur. Nam <sup>4</sup>

Probat col- ceterarum prouinciarum vectigalib[us] Quirites tan- latione mino- ta sunt, vt ijs ad ipsas prouincias tutandas vix rū de maxi- mis vectiga- contenti esse possimus: Asia verò tam opima est, libus agi.

<sup>5</sup> Argumen- & fertilis, vt & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multi- tuden earū rerū, quæ exportantur, facile omnibus ad destinata.

terris antecellat. Itaq; hæc vobis prouincia Quiri- tes, si & belli utilitatē, & pacis dignitatē sustine- re vultis, nō modò à calamitate, sed etiā à metu ca- lamitatis est defendēda. Nam ceteris in rebus cūm venit

venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in  
vectigalibus non solum aduentus mali, sed etiam  
metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium  
copiae non longè absunt, etiam si irruptio facta nul-  
la sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura dese-  
ritur, mercatorum nauigatio conquiescit: ita neque  
ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura ve-  
ctigal conseruari potest. quare saepe totius anni fru-  
etus uno rumore periculi, atque uno belli terrore  
amittitur. 2 Quo tandem animo esse existimatis,  
aut eos qui vectigalia vobis pensis tant, aut eos qui  
exercent, atque exigunt? cum duo Reges cum maxi-  
mis copijs propè absint: cum una excursio equita-  
tus per breui tempore totius anni vectigal auferre  
possit: cum publicani familias maximas, quas in sa-  
linis habent, quas in agris, quas in portubus atque  
custodijs, magno periculo se habere arbitrentur? 3  
Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos qui vo-  
bis fructuosi sunt, conseruaueritis, non solum (vt  
antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formi-  
dine liberatos? 4 Ac ne illud quidem vobis negligē-  
dum est, quod mihi ego extremum proposueram,  
cum essem de belli genere dicturus, quod ad mul-  
torum bona ciuium Rom. pertinet: quorum vo-  
bis pro vestra sapientia Quirites, habenda est ra-  
tio diligenter. Nam & publicani homines & ho-  
nestissimi, & ornatissimi, suas rationes, & co-  
pias in illam prouinciam contulerunt: quorum

<sup>1</sup> Argumenta-  
tur ex remo-  
tione mate-  
riae ad remo-  
uenda mate-  
riata. Syllog.  
est plenus.  
Assumpt. pri-  
ma est. Pro-  
pos. secunda.  
Complexio.  
<sup>3</sup> qua proba-  
tur proposi-  
tio generalis  
sequentis syl-  
logismi.

<sup>2</sup> Assumptio  
primarij syl-  
logismi, At-  
qui metus ca-  
lamitatis im-  
pendet. qua  
confirmatur  
causis effici-  
tibus.

<sup>3</sup> Complexio  
qua concludi-  
tur questio et  
fedorum ex  
causis, adhibi-  
ta tamen ex-  
ceptione.

<sup>4</sup> Transit ac  
quartum ca-  
put assump-  
tionis quo  
probatur ei-  
specie novi:  
sed pluribus

ipsorum

1 Argumēta. ipsorum per se res, & fortunæ curæ vobis esse debent ex subiectis ad adiūcta. Enthymema est ex propositione sola, que tamen comprehendit sententiam complezionis.

2 Secunda species ciuium quoru bona aguntur. 3 Concludit destinata ex fine additis etiam efficiebus.

4 ~~in genere~~ hoc loco nō nulli notant, quæ tamē omnino nulla sit. Nā (parui refert) hoc loco idem est quod, nō magnopere conducit, vel, ad rem facit. Sed prolepsis est objectionis quam refellit ex effectis, quæ remotis causis tolluntur, additis etiam repugnantibus. 5 Addit alia incommoda eventa ad amplificandam gravitatem illius calamitatis ex vestigalibus amissis.

ro ver-

ro versatur, implicita est cum illis pecunijs Asiatis,  
 et cohæret: ruere illa non possunt, ut hæc non  
 eodem labefactata motu concidant.<sup>1</sup> Quare vide= Cōplexio  
est eius syllo-  
gismi ( quo  
primitū parti-  
tionis mēbrō  
continetur )  
 te, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bel  
 lum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus  
 sociorum, vestigalia maxima, fortunæ plurimorū  
 ciuium cum Repub. defenduntur.<sup>2</sup> Quoniam de ge  
 nere belli dixi, nūc de magnitudine pauca dicam.<sup>3</sup>  
 Potest enim hoc dici: belli genus esse ita necessariū,  
 vt sit gerendum: non esse ita magnum, vt sit perti- Transitio  
primo parti-  
tionis mēbrō  
ad secundū.  
 mescendum. In quo maximè laborandum est, ne for  
 tè à vobis quæ diligentissimè prouidenda sunt, con  
 temnenda esse videantur.<sup>4</sup> Atque ut omnes intelli= Prolepsis  
est quā solviē  
ex contradic-  
centibus. Bel  
lum enim o-  
pinione gra-  
uius esse sig-  
nificat.  
 gant me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quan= Digressio  
est in laude  
L. Luculli ex  
eius rebus ge-  
stis. de qui-  
bus vide Ap-  
pianū in Mi-  
thridatico,  
& Florum  
lib. 3.  
 tum forti viro, & sapientissimo homini, & ma-  
 gno Imperatori debetur: dico eius aduentu maxi-  
 mas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas,  
 atque instructas esse deletas, urbemque Asiae claris-  
 simam nobisq; amicissimam yzicenorum obfes= - 14 -  
 sam ab ipso Rege maxima multitudine, & oppug= - 15 -  
 natam vehementissimè, L. Luculli virtute, assidui= - 16 -  
 tate, consilio, summis obsidionis periculis libera= - 17 -  
 tam: ab eodem imperatore classem magnam, & or= - 18 -  
 natam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam studio  
 inflammator aperetur, superatam esse, atq; depre- - 19 -  
 sam: magnas hostium præterea copias multis præ= - 20 -  
 lijs esse deletas: patefactumq; nostris legionibus es- - 21 -  
 se Pontum, qui ante populo Roma. ex omni aditu

clausus



7

clausus esset: Sinopē atq; Amisum, quib<sup>o</sup> in oppidis  
erāt domicilia Regis, omnibus rebus ornata atq; re  
ferta, cæteras q; urbes Pōti, & Cappadociæ permul-  
tas, uno aditu, atq; aduētu esse captas: Regē spoliæ=

tū regno patrio, atq; aucto, ad alios se Reges, atque

**2 Occupatio** alias gētes supplice contulisse: atq; hæc omnia sal-  
est obiectio- uis Pop. Ro. socijs, atq; integris vectigalibus esse ge-  
nis qua solui tur similitu- sta.<sup>1</sup> Satis opinor hoc esse laudis: atq; ita reputo, ut  
dine ex fabu hoc vos intelligatis, à nullo istorū, qui huic obtre-  
lis petita. etat legi, atq; cause; L. Lucullū similiter ex hoc lo-

**3 Explicatio** co esse laudatū. **2 Requiretur** fortasse nūc, quemad  
similitudinis modū, cūm hæc ita sint, reliquū possit esse magnum  
ex similibus bellū. cognoscite Quirites. nō enim sine causa qua-  
effectis & ad euadē finem videtur. primū ex suo regno sic Mithridates pro-  
spectatibus.

**4 Metony- mia. 3. modi:** se dicitur: **3** quā prædicat in fuga fratris sui mēbra  
**Collectio e-** in his locis, quā se parēs persequeretur, dissipauis-  
nim dispersa dicitur exre se, vt eorū collectio dispersa, mōrorq; patrius ce-  
bus subiectis leritatē persequēdi retardaret. **4** sic Mithridates fu-  
que dispersa erant.

**5 Actus 10. 11.** rūq; rerū omnium, quas & à maioribus acceperat,  
similitudi- ex ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suā  
nis.

**6 Addit alias** regnū congesserat, in Ponto omnē reliquit. hæc di-  
cans adiu- nostri colligunt omnia diligentius, Rex ipse è mani-  
uantes , ex bus effugit. ita illū in persequēdi studio mōror, hos  
quibus Mi- lætitia retardavit. **6** Hūc in illo timore, & fuga tū  
thridates fa- granes Rex Armenius excepit, diffidentemq; rebus  
cultatem bel- suis confirmauit, & afflictū erexit, perditumq; re-  
hī. stauran- creauit.  
ci arripuit.

creauit. cuius in regnum posteaquam L. Lucullus  
cum exercitu venit, plures etiam gentes contra Im-  
peratorem nostrum concitatæ sunt. Erat enim me-  
tus injectus ijs nationibus, quas nunquam populus  
Rom. neque lassendas bello, neque tentandas pu-  
tauit: erat etiam alia grauis, atque vehemens opis-  
nio, quæ per animos gentium barbararum perua-  
serat, fani locupletissimi & religiosissimi diripien-  
di causa in eas oras nostrum exercitum esse addu-  
ctum. Ita nationes multæ, atque magna nouo quo-  
dam terrore, ac metu concitabantur. Noster autem  
exercitus, et si urbem ex Tigranis regno ceperat,  
& prælijs usus erat secundis, tamen nimia longin-  
quitate locorum ac desiderio suorum commoueba-  
tur. Hic iam plura non dicam. fuit enim illud extre-  
mum, ut ex ijs locis à militibus nostris redditus ma-  
gis maturus, quam processus longior quereretur.  
Mithridates autem & suam manum iam confirma-  
rat, & eorum qui se ex eius regno collegerant, &  
magis aduentitijs multorum regum & nationum  
copijs iuuabatur. Hoc iam ferè sic fieri solere acce-  
pimus, ut Regum afflictæ fortune facile multorum  
opes allicitant ad misericordiam, maximèq; eorum  
qui aut Reges sunt, aut viuunt in regno, quod rega-  
le ijs nomen magnum & sanctum esse videatur.  
Itaque tantum victus efficere potuit, quantum in-  
columis nunquam est ausus optare. Nam cum se in  
regnum recepisset suum, non fuit eo contetus, quod

~~enim dicitur quod solito regi. nolq; si ei preterius abegili~~

ei præter spem acciderat, ut eam posteaquam pul-  
 est cū quādā sus erat, terram unquam attingeret, sed iñ exerci-  
 deprecatione tum vestrūm clarum atque victorem impetum fe-  
 illustratissimi cit. 1 Sinite hoc loco Quirites ( sicut poetæ solent,  
 2 Calamitatis qui res Romanas scribunt ) preterire me nostram  
 magnitudinē calamitatē, 2 quæ tanta fuit, ut eam ad aures L.  
 ostendit ex consequenti Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermone ru-  
 bus eventis.  
 3 Excusat Lu- mor afferret. Hic in ipso illo malo, grauissimaq;  
 bellū ex cau- belli offensione L. Lucullus, qui tamen aliqua ex  
 si necessarijs parte iñ incommodis mederi fortasse potuisset,  
 4 Per vestro iussu coactus, quod imperij diuturnitati mo-  
 et w d' p a o t i s concludit se- dum statuendum veteri exemplo putauistis, partē  
 cundū mem- militum, qui iam stipendijs confectis erant, dimisit,  
 brū partitio- partem Glabroni tradidit. 4 Multa prætereo con-  
 nis & magni- tinē belli sultō, sed ea vos conjectura perspicitis, quantum il-  
 colligendam lud bellum futurum putetis, quod coniungant Re-  
 reliquit ex ges potentissimi, renouent agitatæ nationes, susci-  
 magnitudi- ne cautarum piant integræ gentes, nouus Imperator vester acci-  
 eficiuntur.  
 5 Transito à piat vetere expulso exercitu. 5 Satis mihi multa  
 euobus sope verba fecisse videor, quare hoc bellum esset, gene-  
 riobus mē- re ipso necessarium, magnitudine periculosum: re-  
 bris ad tertium, ut de Imperatore ad id bellum diligendo, ac tā  
 quod idē est stat, tis rebus præficiendo, dicendum esse videatur. 6 V=  
 6 Ingreditur in tertium Quirites virorum fortium, atque innocen-  
 brum summe tium copiam tantam haberetis, ut hæc vobis de-  
 partitionis liberatio difficilis esset, quem nam potissimum  
 & ex remo- tantis rebus, ac tanto bello præficiendum puta-  
 tione subie- tori deligē- di remouer  
 deligēdi facultatē. Syllog. est plen⁹. Prop. rhetorica optatione exornatur.

retis. 1 Nunc verò cùm sit unus Cn. Pōpeius, qui nō modò eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoria virtute superarit: quae res est, quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? 2 Ego enim sic existimо, in summo Imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, autoritatem, felicitatem. 3 Quis igitur hoc homine scientior unquam aut fuit, aut esse debuit: qui è ludo, atque pueritiae disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus, ad patris exercitum, atque in militiae disciplinam profectus est: qui extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris, in eunte adolescentia maximi ipse exercitus Imperator: qui sаepius cum hoste 4 conflixit, quam quisquam cum inimico concertauit: plura bella gerit, quam ceteri legerunt: plures prouincias confecit, quam alij concupuerunt: ciuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis, sed suis imperijs: non offensionibus belli, sed victorijs: non stipendijs, sed triumphis est traducta. 5 Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna Reipu. Ciuale, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex ciuitatibus, atque ex bellicissimis nationibus, seruile & nauale bellum, varia & diuersa genera & bellorum, & hostium, non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant in

D

usu

effectis Pōpeij, scientiam rei militaris declarantibus. † nauale varia.

1 Assumptio  
cū cōplexiōe  
coniungitur.  
2 Hoc loco  
est tertiapars  
primarię pro  
positiōis quā  
int̄ gram &  
ex omnibus  
partibus con  
stitutam po  
stea videbi  
m⁹. Argumē  
tum est ex di  
stributione  
causarū effi  
cientium.

3 Assumptio  
nis primarię  
prima pars  
de sciētia rei  
militaris, que  
cōstituitur in  
Pompeio ex  
causis efficiē  
tib⁹ oratori⁹  
amplificatis.

4 Orbis con  
cinnitatis  
continens  
āpolōnīa  
āgeorīa  
τα īōnīa  
και ἀπόλι  
τα  
multiplicata

5 Aliud argū  
mentum ex

1 Secunda pars assūmptiois pri  
 mariae de viritate Pompeij quae posse posse  
 aut dignum illo, aut vobis nouum, aut cuiquam  
 inauditum possit afferre? 2 Non enim illae sunt sole  
 virtutes Imperatorie, quae vulgo existimantur, 3  
 labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria  
 in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in  
 prouidendo: quae tanta sunt in hoc uno, quanta in  
 omnibus reliquis Imperatoribus, quos aut vidi-  
 mus, aut & audiuimus, non fuerunt. Testis est Ita-  
 lia, quam ille ipse victor L. Sylla huius virtute, &  
 consilio confessus est liberatam. 4 testis est Sicilia,  
 quam multis vndiq; cinctam periculis, non terro-  
 re belli, sed celeritate consilijs explicauit. 5 testis  
 est Africa, quae magnis oppressa hostium copijs,  
 eorum ipsorum sanguine redundauit. 6 testis est  
 Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam  
 iter, Gallorum internecione patefactum est. 7 testis  
 est Hispania, quae saepissime plurimos hostes ab  
 hoc superatos, prostratosq; conspexit. testis est  
 iterum, & saepius Italia, quae cum seruili bello te-  
 tro periculosq; premeretur, ab hoc auxiliu absen-  
 te expetiuit: quod bellum expectatione Pompeij at-  
 tenuatum atque immunutum est, aduentu sublatu ac  
 milibus causis. 8 Totidem hoc loco prope Metonymia sunt  
 quot nomina regionum, Italia pro Italis, Africa pro Afris, Gallia pro  
 Gallis, &c.

sepultum. testes verò iam omnes oræ, atque om-  
nes exterè gentes ac nationes: denique maria om-  
nia, tum uniuersa, tum in singulis oris omnes sinus  
atque portus. <sup>1</sup> Quis enim toto mari locus per hos  
annos, aut tam firmum habuit præsidium, ut tutus  
esset? aut tam fuit abditus, ut lateret? quis nauigat-  
uit, qui non se, aut mortis, aut seruitutis periculo  
committeret? cùm aut hyeme, aut referto prædo-  
num mari nauigaretur. Hoc tantum bellum, tam  
turpe, tam vetus, tā latè diuisum atque dispersum,  
quis unquam arbitraretur aut ab omnibus Impe-  
ratoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno Im-  
peratore confici posse? <sup>2</sup> Quam prouinciam te-  
nuistis à prædonibus liberam per hosce annos?  
quod vestigal vobis tutum fuit? quem socium de-  
fendistis? cui præsidio classibus vestris fuistis?  
quā multas existimatis insulas esse desertas? quām  
multas aut metu relictas, aut à prædonibus ca-  
ptas urbes esse sociorum? <sup>3</sup> Sed quid ego longin-  
qua commemoro? fuit hoc quondam, fuit pro-  
prium Popu. Roma, longè à domo bellare, et  
propugnaculis imperij sociorum fortunas, non  
sua tecta defendere. socijs vestris ego mare clau-  
sum per hosce annos dicam fuisse? cùm exerci-  
tus nostri Brundusio nunquam, nisi summa hye-  
me, transmiserint. Quid, ad nos cùm ab exteris na-  
tionibus venirent, captos querar? cùm Legati Pop.  
Rom. redempti sint, mercatoribus tutum mare non

<sup>1</sup> Amplificat magnitudinē & gravitatē belli pirati-  
ci, ut victoriæ laudē ma-  
gnificantius exornet.

<sup>2</sup> Ex effectis piratarum po-  
tentiarum quāta fuerit ostē  
diutur.

<sup>3</sup> Reuocatio  
sui ipsius cū  
frequētibus  
collationib⁹  
minorum. q.  
d. Mirū esse  
non debere,  
si procul ab  
Italia rata vi  
res piratarū  
fuerint, cum  
in ostio Ty-  
berino tā um  
potuerint.

Metonymia 4. modi cōduplicata. fuisse dicam: cū duodecim secures in prædonum potestatem peruerent. Quid aut Colophonem Nam ex seculis ant. Samum nobilissimas urbes, innumerabilesq; xibus totidē alias captas esse commemorem: cū vestros portus, atque eos portus, quibus vitam & spiritum du 12. lictores, & ex duo Prætores intelliguntur. citis, in prædonum fuisse potestate + sciatis. An vero ignoratis portum Caietæ celeberrimum, atq; plerūk Gellius le nissimum nauium, inspectante Prætore, à prædoni- git (in præbus esse direptum? Ex Miseno autem, eius ipsius lido, potes, qui cum prædonibus antea ibi bellū gesserat, statē) Rād. à prædonibus esse sublatos? Nam quid ego Ostiense

incommodum, atque tuā labē, atq; ignominia Reip.

querar: cū propè inspectantibus vobis, classis ea, cui Consul Pop. Rom. præpositus esset, à prædoni-

bus capta, atque oppressa est. 2 Pro dij immortales,

tantane unius hominis incredibilis ac diuina virtus tam breui tempore lucem afferre Reipu. potuit, ut

vos, qui modò ante ostium Tyberinum classem ho-

stium videbatis, ij nunc nullam intra Oceani ostium prædonum nauem esse audiatis?

3 Argumen- Atque hæc qua-

tatur ex adiūtis auctis collatiōe mi-

norum. in dicendo prætereunda non sunt. Quis enim un-

quam, aut obeundi negotij, aut consequendi que-

stus studio, tam breui tempore, tot loca adire, tan-

tos cursus conficere potuit, quam celeriter Cn. Pom-

peio duce belli impetus nauigauit? qui Siciliā adiit,

Africam explorauit, inde Sardiniam cum classe ve-

nit, nondum tempestiuo ad nauigandum mari: atque

hec

hæc tria frumentaria subsidia Reip. firmissimis p̄f.  
fidijs, classib⁹sq; muniuit. Inde se cūm in Italiam re-  
cepisset, duabus Hispanijs, & Gallia Cisalpina p̄f-  
sidijs, ac nauibus confirmata, missis item in oram  
Illyrici maris, & in Achaiam, omnemq; Græciam  
nauibus, Italiæ duo maria maximis classibus, fir-  
missimisq; p̄fesijs adornauit: ipse autem, vt à Brū-  
dusio profectus est, undequinquagesimo die totam  
ad imperium pop. Ro. Ciliciam adiunxit: omnes qui  
vbiq; prædones fuerunt, partim capti, interficiq;  
sunt, partim vnius huius imperio ac potestati se de-  
diderunt. Idem Cretensibus, cum ad eum usque in  
Pamphyliam Legatos, deprecatoresq; misissent, sp̄cē  
deditioñis nō ademit, obsidesq; imperavit. i ita tan-  
tum bellum, tam diuturnū, tam longe lateq; disper-  
sum, quo bello omnes gentes ac nationes premeben-  
tur, Cn. Pompeius extrema hyeme apparauit, ineun-  
te vere suscepit, media æstate consecit. <sup>1</sup> Est hæc di-  
uina, atq; incredibilis virtus Imperatoris. quid cæte-  
ræ: quas paulò ante commemorare cœperam, quan-  
tæ atque quam multæ sunt? non enim solum bellati  
virtus in summo atque perfecto Imperatore querē-  
da est: sed multæ sunt artes eximiae, huius admini-  
stræ, comitesq; virtutis. <sup>2</sup> Ac primum quæta innocē-  
tia debet esse Imperatores! quanta deinde omnibus  
in rebus temperantia! quanta fide! quanta facilitate!  
quanto ingenio! quanta humanitate! quæ breuiter,  
qualia sint in Cn. Pompeio consideremus. summa

<sup>1</sup> Concludit  
amplificatio-  
nem bellī p̄i-  
ratici confe-  
cti cum repe-  
titione adiū-  
ctorum.

<sup>2</sup> Redit nunc  
ad secundam  
partē assump-  
tiōis de vie  
turibus Pom-  
peij seorsum  
à scientiab*el*  
landi.

<sup>3</sup> Virtutem  
Pompeij in  
sex species di-  
stribuit: ac  
primum inno-  
centiam, mi-  
norum colla-  
tione demō-  
strat.

enim omnia sunt Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per se cognosci atque intelligi possunt. <sup>1</sup> Quem enim possumus Imperato-

<sup>2</sup> Ex repu-  
gnatibus esse  
etis alios im-  
peratores no-  
tat.

rem aliquo in numero putare, cuius in exercitu ve-  
neant Centuriatus, atque venierint? quid hunc ho-  
minem magnum, aut amplū de Repub. cogitare, qui  
pecuniā ex aerario depromptā ad bellum admini-  
strandū, aut propter cupiditatem prouinciae ma-  
gistratibus diuiserit, aut propter avaritiā Romæ in-  
questu reliquerit? Vesta admurmuratio facit Qui-  
rites, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint. ego

<sup>3</sup> Aitorū im-  
peratorū au-  
ritiam repre-  
hendit ex co-  
sequentibus  
effectis.

autem neminem nomino. quare irasci nūhi nemo po-  
terit, nisi qui antē de se voluerit confiteri. <sup>2</sup> Itaque  
propter hanc avaritiam Imperatorum quantas ca-  
lamitates, quoctunque ventum sit, nostri exercitus  
ferant, quis ignorat? <sup>3</sup> Itinera, quæ per hosce annos

<sup>3</sup> Metony-  
mia duæ: Iti-  
nera pro pro-  
fectionibus.  
& hyberna-  
pro hyem-  
tione.

in Italia per agros atque oppida ciuium Ro. nostri  
Imperatores fecerūt, recordamini: tum facilius sta-  
tuetis, quid apud exteras nationes fieri existimetis:  
vtrum plures arbitramini per hosce annos militū

<sup>4</sup> A maiore  
ad minus &  
a pari.

vestrorum armis hostium urbes, an hybernis socio-  
rum ciuitates esse deletas? <sup>4</sup> Neque enim potest exer-  
citum is continere Imperator, qui se ipsum non con-

<sup>5</sup> Redditio  
maiorū aucta-  
nouis mai-  
oribus.

tinet: neque severus esse in iudicando, qui alios in se-  
severos esse iudices non vult. <sup>5</sup> Hic miramur hunc  
homine tantum excellere cæteris, cuius legiones sic  
in Asiam peruenierunt, vt non modò manus tanti  
exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquā pacato

nocuisse

nocuisse dicatur? <sup>1</sup> Iam verò quemadmodum mili-  
 tes hybernent, quotidie sermones ac literæ perferū-  
 tur: non modò, ut sumptum faciat in militem, nemi-  
 ni vis affertur: sed ne cupienti quidem cuiquam per-  
 mittitur. <sup>2</sup> hyemis enim, non auaritiae perfugium  
 maiores nostri in sociorum, atque amicorū tectis  
 esse voluerunt. <sup>3</sup> Agè verò cæteris in rebus quali-  
 sit temperantia, considerate. unde illam tantam ce-  
 leritatem, & tam incredibilem cursum initum pu-  
 tatis? non enim illum eximia vis remigum, aut ars  
 inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui noui-  
 tam celeriter in ultimas terras pertulerunt: sed hæ-  
 res, quæ cæteros remorari solent, non retarda-  
 runt: <sup>4</sup> non auaritia ab instituto cursu ad prædam  
 aliquā reuocauit, non libido ad voluptatē, non amœ-  
 nitas ad delectationē, non nobilitas urbis ad cogni-  
 tionē, non denique labor ipse ad quietē. postremò  
 signa, & tabulas, cæteraq; ornamenta Græcorum  
 oppidorū, quæ cæteri tollenda esse arbitrantur, ea  
 sibi ille. ne visenda quidem existimauit. <sup>5</sup> Itaque  
 omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium, si-  
 cut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cælo  
 delapsum, intuentur: nunc denique incipiunt cre-  
 dere, suisce homines Romanos hac quondam absti-  
 nentia, quod iam nationibus exteris incredibile ac  
 falso memoriae proditum videbatur. nunc imperij  
 nostri splendor illis gentibus lucet: nunc intelli-  
 gunt, non sine causa maiores suostum, cum hac tem-

1. Ab effectis  
 auctis maio-  
 rum collatio  
 ne. <sup>2</sup> Ex dissimili  
 fine. <sup>3</sup> Secunda spe  
 cies virtutis  
 probatur ex  
 effectis illus-  
 tratis colla-  
 tione dissi-  
 milium causa-  
 rum. <sup>4</sup> Elegans

5. Collatio  
 dissimiliū &  
 maiorum.

6. Ostendit  
 fructū qui ex  
 illa tempera-  
 tia extitit.  
 Arg. est ex ef-  
 fectis. exorna-  
 tur autē epi-  
 phonemate.

1 Terrio loco de facilitate dicit, quā quarto loco statuerat: eāq; probat ex effectis auctis parium collatione.

2 Quinto loco fidem breuiter ostendit ex iudicio non sacerorum modo, sed etiam hostium.

3 Humanitatem suo loco exequitur per collationem paucium.

4 Ingenium 5. loco positū quarto loco iam antē explicauit sub cōsilij nomine, & nunc rursus attingit cum quādam conclusione questio nis primaria per epiphonema.

5 Transit ad tertiam partem primaria assumptionis de autoritate cuius vim in genere ostendit ex effectis.

perantia magistratus habebamus, seruire popu Rom. quād imperare alijs maluisse. 1 Iam verò ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberæ querimoniae de aliorum iniurijs esse dicuntur, ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Iam quantum consilio, quantum dicendi grauitate & copia valeat, in quo ipso inest quādam dignitas imperatoria, vos Qui= ritates hoc ipso in loco sepe cognōstis. 2 Fidem ve=rō eius inter socios quantam existimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam esse iudicarint? 3 Humanitate iam tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem victidi=lexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tan=tum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia vestræ memorie bella conficienda, diuino & quo=dam consilio natus esse videatur? 5 Et quoniam autoritas multum in bellis quoque administrandis atque imperio militari valet, certe nemini dubium est, quin ea in re idem ille Imperator pluri=mum possit vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socij de Imperato=ribus vestris existiment, quis ignorat? cū sciamus homines in tantis rebus, ut aut cōtemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non mi=nus

nus famæ, quæm aliqua certa ratione commoueri.<sup>1</sup> Quod igitur nomen vñquam in orbe terrarum clarius fuit: cuius res gestæ pares: de quo homine vos, id quod maximè facit autoritatem, tanta, & tam præclara iudicia fecistis? An verò ullam usquam esse oram tam desertam putatis, quò non illius diei fama peruerserit, cum vniuersus populus Roma. re ferto foro, repletisq; omnibus templis, ex quibus hic locus confpici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium Imperatorem depoposcit? itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum huius autoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur: <sup>2</sup> qui quo die à vobis maritimo bello præpositus est Imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est, vnius spe & nomine, quantam vix ex summa libertate agrorum diuturna pax efficere potuisset.<sup>3</sup> Iam verò accepta in Ponto calamitate ex eo prælio, de quo vos paulò antè inuitus admonui, cum soij pertimuisserint, hostium opes, animiq; creuissent, cum satis firmum præsidium prouincia non haberet, amisissetis Asiam Quirites, nisi ipsum id temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi Roma. attulisset. Huius aduentus & Mithridatem insolita inflammatum victoria continuit, & Tigranem magnis copijs mini-

<sup>1</sup> Assumptio-  
nis primarie  
pars ( Atqui  
summa auto-  
ritate prædi-  
tus est Pompeius) confir-  
matur ex can-  
sis efficienti-  
bus.

<sup>2</sup> Alterum ar-  
gumentū ex  
effectis au-  
thoritatis  
quæ declaran-  
tur collatio-  
ne pariū cau-  
sarum.

<sup>3</sup> Addit alia  
etiam argu-  
menta ex eo-  
dem effecto-  
rum loco.

tantem Asiae retardauit.<sup>1</sup> Et quisquam dubitabit,  
quid virtute perfecturus sit, qui tantum autorita=  
te perficerit? aut quād facile imperio atque exer=  
citū socios, & vectigalia conseruaturus sit, qui  
nihil nō per ipso nomine ac rumore defenderit?<sup>2</sup> Age verò,  
fedorū. Argillares quantam declarat eiusdem hominis apud  
ex minorib<sup>e</sup> hostes populi Romani autoritatem, quod ex locis  
causis ad ma- tam longinquis, tamq; diuersis, tam breui tempo=  
iores.

**2** Rursum am plificat Pom pei; authoritate ex alijs effectis.

re omnes unā huic se dediderunt: quod Cretēsium Legati, cùm in eorum insula noster Imperator, exercitusq; esset, ad Cn. Pompeium in ultimās pro pē terras venerunt, eiq; se omnes Cretensium ciuitates dedere velle dixerunt? Quid? idem ipse Mithridates, nonne ad eundem Cn. Pompeium Le

plus etiam quā anteā va lieturam. Ar- gumentū est ex collatioe minorū cau- sarū cum ma ioribus.

gatum usque in Hispaniam misit: eumq; Pompeius Legatum semper iudicavit: ij, quibus semper erat molestum ad eum potissimum esse missum, spe culatorem, quād Legatum iudicare maluerunt.

**3** Potestis igitur iam constituere Quirites, hanc auto ritatem multis postea rebus gestis, magnisq; vestris iudicijs amplificatam, quantum apud illos Reges, quantum apud exteris nationes valitaram esse exi stimetis. **4** Reliquum est, ut de felicitate, quam p̄ stare de se ipso nemo potest, meminisse & comme morare de altero possumus, sicut æquū est homini de potestate decorū, timide & paucā dicamus. **5** Ego sed propter felicitatē bel

Ium hoc Pompeio transmittendum esse. Argumentum est ex causis cū ex ple maioriū. Propositio habet inductionē exéplorū pro generali sentētia.

enim sic existim, Maximo, Marcello, Scipio= Assumptio  
 ni, Mario, & ceteris magnis Imperatoribus, non sequitur per  
 solum propter virtutem, sed etiam propter for= collatione pa  
 tunam, sepius imperia mandata, atque exerci= ri apophasi  
 tus esse commissos. fuit enim prefecto quibusdam rhetorica ex  
 summis viris quædam ad amplitudinem, & glo= ornatam, au  
 riam, & ad res magnas bene gerendas diuinitus tamq; mino  
 adiuncta fortuna. <sup>1</sup> de huius autem hominis felici= rū colatiōe.  
 tate, quo de nunc agimus, hac utar moderatio= 2. Epilogus  
 ne dicendi, non ut in illius potestate fortunam po assumptionis  
 sitam esse dicam, sed ut præterita meminisse, re= primarię in  
 liqua sperare videamur: ne aut inuisa dijs immor= quo summa  
 talibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. capita argu  
 Itaque non sum prædicaturus Quirites, quan= mentorū col  
 tas ille res domi, militieque, terra, mariq; quan ligantur &  
 taq; felicitate gesserit: ut eius semper voluntati= primarię pro  
 bus non modò ciues assenserint, socij obtempera= positionis sē  
 rint, hostes obedierint, sed etiam venti, tempesta= tētia, occulta  
 tesq; obsecundarint. hoc breuissimè dicam, nem= tur. q.d. Bel  
 unquam tam impudentem fuisse, qui à dijs im= lo maxime  
 mortalibus tot, & tantas res tacitus auderet opta= necessariomaxime  
 re, quot & quantas dij immortales ad Cn. Pompe= mēque peri  
 ium detulerunt: quod ut illi proprium, ac perpe= culoso præfi  
 tuum sit Quirites, cùm communis salutis atque im= ciendus est  
 perij, tum ipsius hominis causa (sicuti facitis) velle præstantissi  
 & optare debetis. <sup>2</sup> Quare cùm & bellum ita ne= mus impera  
 cessarium sit, ut negligi non possit: ita mag= tor. Atqui  
 num, ut accuratissimè sit administrandum: & cùm Popeius est  
 ei im= talis: Præsi  
 ciatur ergo  
 bello Mithri  
 datico, quod  
 est maxime  
 necessariū &  
 periculosum.  
 Complexio  
 ni adiuncta est  
 proximè.

ei Imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima autoritas, egregia fortuna: dubitabitis Quirites, quin hoc tantum boni, quod à diis immortalibus oblatum ex datum est, in Rempubic. conseruanda,

**2** Auget complexione collatione minorum facultatum.

atque amplificandam conferatis? 1 Quòd si Romæ Cn. Pompeius priuatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat diligendus, atque mittendum: nunc cùm ad cæteras summas utilitates hec quoque opportunitas adiungatur, ut in ijs ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab ijs, qui habent

accipere statim possit, quid expectamus? aut cur nō ducibus diis immortalibus, eidem, cui cætera summa cum salute Reipubl. commissa sunt, hoc quoq; bellum regium committimus? 2 At enim vir clarissimus, Reipubl. ex vestris beneficijs amplissimis affectus, Q. Catulus, itemq; summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus Q. Hortensius, ab hac ratione dissentunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse, et valere oportere confiteor: sed in hac causa, tametsi cognoscitis autoritates contrarias fortissimorum virorum et clarissimorum, tamen omissis auctoritatibus, ipsa re et ratione exquirere possumus veritatem: atque hoc facilius, 3 quòd ea omnia, quæ adhuc à me dicta sunt, ijdem isti vera esse concedunt, et necessarium bellum esse, et magnum, et

**3** Confirmatio confessione aduersariorum omnia a se ante dicta.

in uno Cn. Pompeo summa esse omnia. 4 Quid igitur

**4** Prolepsis.

tur ait Hortensius? si vni omnia tribuenda sunt,  
vnum dignissimum esse Pompeium: sed ad vnum  
tamen omnia deferri nō oportere. <sup>1</sup> Obsoleuit iam <sup>1 Soluit obis</sup>  
ista oratio remultò magis, quam verbis refuta=  
ta. <sup>2</sup> Nam tu idem Quinte Hortensi multa protua  
summa copia, ac singulari facultate dicendi, &  
in Senatu contra virum fortē A. Gabinium gra=  
uiter, ornateq; dixisti, cūm is de uno Imperato= <sup>2 Disputat</sup>  
re contra prædones constituendo legem promul= <sup>speciali exē-</sup>  
gasset: & ex hoc ipso loco permulta idem contra <sup>plo Hortensij</sup>  
legem verba fecisti. Quid tum per deos immorta= <sup>non esse auto</sup>  
les, si plus apud populum Ro. auctoritas tua, quam <sup>ritatibus sem</sup>  
ipsius pop. Ro. salus, & vera causa valuerit, ho= <sup>per credēdū:</sup>  
die hanc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium <sup>nec id vtile</sup>  
teneremus? <sup>3</sup> an tibi tum imperium esse hoc videba <sup>3 Argumenta</sup>  
tur, cum pop. Rom. Legati, Prætores, Quæstoresq; <sup>tur ex repug-</sup>  
capiebantur? cum ex omnibus prouincijs commea= <sup>nantibus.</sup>  
tu & priuato, & publico prohibebamur? cūm ita  
clausa erant nobis omnia maria, vt neq; priuatam  
rem marii imam, neque publicam iam obire posse= <sup>4 Argumēta</sup>  
mus? <sup>4</sup> Quæ ciuitas antea unquam fuit, non dico <sup>tur ab effe-</sup>  
Atheniensium, quæ satis latè quondam mare tenuis <sup>ctis imperij</sup>  
se dicitur: non Carthaginiensium, qui permultum <sup>quorsū remo-</sup>  
classe, maritimisq; rebus valuerunt: non Rhodiorū, <sup>tione imperij</sup>  
quorum usq; ad nostram memoriam disciplina na- <sup>nomē remo-</sup>  
ualis, & gloria remansit: <sup>5</sup> quæ ciuitas antea un= <sup>uet. Syllogis</sup>  
quam tam tenuis, quam tam parua insula fuit, quæ <sup>mō est plen.</sup>  
non portus suos, & agros, & aliquam partem re- <sup>5 Propositio</sup>  
gionis, <sup>illustratus in</sup>  
<sup>exēplorum.</sup>

gionis, atque ora maritima per se ipsa defende-

**1.** Complexio ret? At hercle aliquot annos continuos ante le= sequitur aucta gem Gabiniam ille populus Roman. cuius usque ad nostram memoriam nomen inuictum in naua= libus pugnis permanferat, magna ac multo maxi= ma parte non modo utilitatis, sed dignitatis, at=

**2.** Assumptio que imperij caruit. **2.** Nos, quorum maiores Antio eodem argu- chum Regem classe Persenque superarunt, omni= mento dilata busque naualibus pugnis Carthaginenses, homi= nes in maritimis rebus exercitatiissimos, paratiissi= mosq; vicerunt: ij nullo in loco iam predonibus pa= res esse poteramus. nos quoque, qui antea non mo= dò Italianam tutam habebamus, sed omnes socios in vltimis oris autoritate nostri imperij saluos præ= stare poteramus, tum cum insula Delos tam pro= cul à nobis in Aegæo mari posita, quo omnes vn= dique cum mercibus, atque oneribus commeabant, referta diuinijs, parua, sine muro nihil timebat: ijdem non modò prouincijs, atque oris Italæ mari timis, ac portubus nostris, sed etiam Appia iam via

**3.** Oblique no carebamus: **3** & his temporibus non pudebat magi= zat quorundā stratus populi Roma. in hunc ipsum locum ascen= oratorum im pudetiam ex dere, cum eum vobis maiores vestri exuuijs nauti= repugnanti- cis, & classium spolijs ornatum reliquissent. **4** Bo= bus.

**4.** Excusat no te animo tum Q. Hortensi Pop. Rom. & cete= Hortensi con ros, qui erant in eadem sententia, dicere existima= filium ex cau uit ea, quæ sentiebatis: sed tamen in salute commu= ni idem populus Roman dolori suo maluit, quam

auto

autoritati vestræ obtemperare. <sup>1</sup> Itaque una lex, vnus vir, unus annus, non modò nos illa miseria, ac turpitudine liberavit: sed etiam effecit, ut alii quando vere videremur omnibus gentibus, ac nationibus terra, mariq; imperare. <sup>2</sup> Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinius dicam, anne Pompeio, an utrique? id quod est verius: ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expertenti, ac postulanti? utrum ille, qui postulat Legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetrat, cum ceteri ad expilando socios, diripiendasque prouincias, quos voluerunt, Legatos eduxerint: <sup>3</sup> an ipse, cuius lege salus, ac dignitas populo Rom. atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet glorie eius Imperatoris, atque eius exercitus, qui consilio ipsius atque periculo est constitutus? an C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latinensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causa nomino, cum Tribus pleb. fuissent, <sup>4</sup> anno proximo legati esse potuerunt: in hoc uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello quod lege Gabinia geritur, in hoc Imperatore, atque exercitu, quem per se ipse constituit, etiā præcipuo iure esse deberet: de quo legando spero Consules ad Senatum relatueros: quisi dubitabūt, aut grauabuntur, ego me profiteor relaturum: neque me impediet cuiusquam Quirites inimicum editum, quod minus fretus vobis, vestrū ius, beneficium

<sup>1</sup>. Ex cōsequētibus euentis ostendit quā vtile fuerit pop. Romano Hortensijs autoritatēm negligere.  
<sup>2</sup> Oblata occasione de Gabinijs legatione cui aduersarij obſistebarūt pauca respōdet: ac primū ex repugnatibus, dein de etiā ex causis, argumētūr aut̄is minorū finium collatione.

<sup>3</sup> Addit aliud argumētūm ex materia q̄ d. Gabinius consiliij & periculi sui fructū percipere debet.

<sup>4</sup> Argumentatur à minore ad maius sed protasis constat multis exemplis quæ cum uno in apodosis cōferuntur.

1 Interponit que defendam; neque, præter intercessionem, quicquid  
 suā autoritatē ad legādū Gabinīū Pō peio.  
 2 Redit ad in- termīslām au- thoritatē Cā tuli quem pri- mū lauda ex populi iudi- cito, deinde etiā refūlit.  
 3 Confirmat ex veritate rerū subiectarū po- puli iudiciū.  
 4 Soluit argu- mentū Catu- li ex contra- dicētibus cō- plexionis au- tis minorū collatione.  
 5 Obiectionē occupat & so- lait per con- tradictionē rethorica a- pophasi inuo- luā & dissi- milīū cella- tione illustra- gam.  
 6 Apophasis eadē sāpius repetitur cū multis exem- plis obiectio- ni propositę dissentaneis.

que defendam; neque, præter intercessionem, quicquid audiam: de qua (ut arbitror) isti ipsi qui minantur, etiā atque etiam quid id liceat, cōsiderabūt.  
 Mea quidem sententia Quirites unus A. Gabinius belli maritimi, rerumq; gestarum autor, comes Cn. Pompeio adscribitur, propterea quod alter uni id bellum suscipiendum vestris suffragijs detulit, alter delatum, susceptumq; confecit. 2 Reliquum est, ut de Q. Catuli autoritate, & sententia dicendum esse videatur: qui cum ex vobis quereret, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid de eo factum esset, in quo spem essetis habituri: cepit magnū suā virtutis fructum, ac dignitatis, cum omnes propere una voce in eo ipso vos spem habituros esse dixistis. 3 etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non & consilio regere, & integritate tueri, & virtute confidere possit. 4 sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio, quod minus certa est hominum ac minus diuturna vita, hoc magis Resp. dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis vita, atque virtute. 5 At enim nihil noui fiat contra exempla, atque insti- tuta maiorum. Non dico hoc loco maiores nostros semper in pace consuetudini, in bello utilitati paruisse, semper ad nouos casus temporum, nouorum consiliorum rationes accommodasse: 6 non dicam duo bella maxima, Punicum, & Hispaniē ab uno Imperatore esse confecta: duas urbes potētissimas, quae

que huic imperio maximè minabantur, Carthaginem, atque Numantiam ab eodem Scipione esse deletas: nō commemorabo, nuper ita vobis, patribusq; vestris esse visum, ut in uno C. Mario spes imperij poneretur, ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum administraret: <sup>1</sup> in ipso Cn. Pompeio, in quo noui constitui nihil vult Q. Catulus, quām multa sint noua, summaq; Catuli a voluntate constituta, recordamini. Quid tam nō uum, <sup>2</sup> quām adolescentulum priuatum, exercitum difficulti Reip. tempore confidere: cōfecit. huic p̄rēb̄ esse: p̄fuit. rē optimè ductu suo gerere: gesit. Quid tam p̄ter consuetudinem, quām homini per adolescenti, cuius à Senatorio gradu etas longe abesset, imperium, atque exercitum dari: Siciliam permitti, atque Africam, bellumq; in ea administrā dum fuit in his prouincijs singulari innocentia, grauitate, virtute: bellum in Africa maximum conc̄ fecit, victorem exercitum deportauit. Quid vero tam inauditum, quām Equitem Ro. triumphare: at eam quoque rem pop. Roma. non modo vidit, sed d̄ etiam studio omni visendam putauit. Quid tam inusitatum, quām vt, cūm duo Consules clarissimi, fortissimiq; essent, Eques Rom. ad bellum maximū, formidolosissimumq; pro Consule mitteretur: missus est. quo quidem tempore, cūm esset non nemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem priuatum pro Consule, L. Philippus dixisse dicitur,

<sup>1</sup> Opponie  
Catulo eius  
ipsius autoxi  
tatem, illas

<sup>2</sup> Inductio  
est multarum  
rerum uno  
exemplo in  
Pompeio co  
stitutarū ad  
refellendam  
illam genera  
lēm negatio  
nem. Nihil  
contra exem  
pla maiorum  
debere fieri.  
Huius autē  
inductiōis ne  
minutissima  
quęque sigil  
latim nume  
remus, sex mi  
nimū mem  
bra sunt, que  
rhetorica  
prolepsī ex  
ornantur.

non se illū sua sententia pro Consule, sed pro Consulibus mittere. tanta in eo Reip. bene gerendæ spes constituebatur, ut duorum Consulum munus unius e adolescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare, quam ut ex Senatus consulo legibus so-

**1** Sextum in- latus, Consul antè fieret, quam ullum alium magi-  
ducionis mē stratum per leges capere licuisset? quid tam incre-  
brum auctum collatiōe mi- dibile, quā ut iterū Eques Rom. ex S.C. triūpharet?  
norum.

**2** Rerorquet noua hæc in- quæ in omnibus hominibus noua post hominum me-  
stitura om- moriā constituta sunt, ea tam multa non sunt, quam  
nia in ipsum hæc, quæ in hoc uno homine vidimus. **3** Atque hæc  
**Q. Catulūm.** tot exempla, tāta, ac tam noua profecta sunt in eun-

**3** Concludit dem hominē à Q. Catulo, atque à cæterorū eiusdem  
Stomachosē dignitatis amplissimorū hominū autoritate. **3** qua-  
refutationē autoritatis re videant, ne sit periniquum; & non ferendum, illo  
contraria ex rum autoritatem de Cn. Pompeij dignitate à vobis  
repugnantib- comprobatam semper esse, vestrum ab illis de eodē  
bus. Nam pa- rium infirma homine iudicium, populiq; Ro. autoritatem impro-  
tio transit in bari: præsertim cum iam suo iure pop. Rom. in hoc  
repugnantia.

**4** Argumen- homine suam autoritatem vel contra omnes, qui  
tatur ex com- dissentunt, posse defendere: propterea quod istis  
paratione cō reclamantibus vos unum illum ex omnibus delegi-  
traciorū. Syl- logi. est pie stis, quem bello prædonum præponeretis. **4** hoc si  
nus. 3. modi. eōnexorum.  
Propositio recte isti studia vestra suis consilijs regere conan-  
precedit. As- tur. sin autem vos plus tum in Republ. vidistis, vos  
sumptioni cō his repugnantibus per vosmetipso dignitatē huic  
plexio subne- imperio, salutem orbi terrarum attulisti, aliquādo  
titur.

isti principes, & sibi, & cæteris Populi Romani  
vniuersi autoritati parendum esse fateantur.<sup>1</sup> Atque  
que in hoc bello Asiatico, & regio, non solum mi-  
litaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompeio singularis,  
sed aliae quoque virtutes animi multæ, & ma-  
gnæ requiruntur. difficile est in Asia, Cilicia, Lycia,  
Syria, regnisq; exterarum nationum ita versari ve-  
strum Imperatorem, ut nihil aliud, quam de hoste  
ac de laude, cogitet. deinde etiam, si qui sunt podo-  
re, ac temperantia moderatores: tamen eos esse tales  
propter multitudinem cupidorum hominum ne  
mo arbitratur.<sup>2</sup> Difficile est dictu Quirites, quan-  
to in odio simus apud exteræ nationes propter  
eorum, quos ad eas hoc anno cum imperio misi-  
mus, iniurias ac libidines. quod enim fanum puta-  
tis in illis terris nostris magistratibus religiosum,  
quam ciuitatem sanctam, quam domum satis  
clausam ac munitam fuisse? urbes iam locupletes,  
ac copiose requiruntur, quibus causa belli pro-  
pter diripiendi cupiditatem inferatur.<sup>3</sup> Libenter  
hæc coram cum Q. Catulo & Q. Hortensio dispu-  
tarem summis & clarissimis viris. Nouerunt enim  
sociorum vulnera: vident eorum calamitates, que-  
rimonias audiunt. Pro socijs vos contra hostes exer-  
citum mittere putatis, an hostium simulatione, con sp̄. Ger-  
tra socios atque amicos? quæ ciuitas est in Asia, manu le-  
quæ non modò unius Imperatoris, aut Legati, sed c̄tio est spi-  
unius Tribuni militum animos, ac spiritus capere ritus.

<sup>1</sup> Absoluta  
refutatione  
repetit conti-  
nentia & tem-  
perantia ne-  
cessitatem in  
imperatore  
deligendo.

<sup>2</sup> Diggessio  
est in nonnu-  
lorum impe-  
ratorum in  
temporantia,  
non tam ab  
instituto pr-  
sus aliena.

Pertinet em  
ad laudem  
Pompeij per  
collationem  
dissimilium.

<sup>3</sup> Commu-  
nicatio quæ-  
dam obliqua  
est, qua ipsos  
adversarios  
testes appel-  
lat eius rei de  
qua agitur.

1 Ex antecedenti disputatione gene  
 ralem propositionem col  
 ligit, Tempe  
 ratiam in im  
 peratore ma  
 xime requiri  
 2 πάνερος  
 3 Assumptio  
 est, At qui Pō  
 peius est om  
 nium conti  
 nentissimus.  
 Id probatur  
 ex consequē  
 tib⁹ effectis.  
 4 εἰπωτής.  
 5 Cōplexio:  
 Itaque Pom  
 pei⁹ propter  
 continentiam  
 vnum inter  
 omnes maxi  
 mē est ido  
 ne⁹ qui huic  
 bello præfi  
 ciatur. Quæ  
 primarięque  
 stioni conclu  
 dendæ sub  
 seruit.  
 6 Opponit  
 Catuli & Hor  
 tensij autori  
 taib⁹ alias  
 multoplures,  
 quas etiā cu  
 mulat mag  
 nis laudibus.

posſit? <sup>1</sup> Quare etiam si quem habetis, qui collatis  
 signis exercitus regios superare posse videatur, ta  
 men niſi erit idem, qui ſe à pecunijs ſociorum, qui  
 ab eorum coniugibus, ac liberis, qui ab auro, gazaq;  
 regia, manus, oculos, animum cohibere poſſit, non  
 erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum, regiūq; mit  
 tatur. Ecquam putatis ciuitatem <sup>2</sup> pacatam fuſſe  
 que locuples ſit: ecquam eſſe locupletem, que istis  
 pacata eſſe videatur? <sup>3</sup> Ora maritima Quirites Cn.  
 Pompeium non ſolum propter rei militaris gloriā,  
 ſed etiam propter animi continentiam requiſiuit.  
 videbat enim Pop. Rom. non locupletari quotannis  
 pecunia publica, præter paucos, neque eos quicquā  
 aliud аſſequi clāſſium nomine, niſi ut detrimētis ac  
 cipiendis maiore affici turpitudine videremur. nūc  
 qua cupiditate homines in prouincias, quibus iactu  
 ris, quibus conditionibus profiſcantur, <sup>4</sup> ignorāt  
 videlicet iſti, qui ad vnum deferenda eſſe omnia nō  
 arbitrantur? quaſi verò Cn. Pompeium non cum  
 suis virtutib⁹, tum etiam alienis vitijs magnum  
 eſſe videamus. <sup>5</sup> Quare nolite dubitare, quin huic  
 uni credatis omnia, qui inter annos tot vnuſ in  
 uentus fit, quem ſocij in urbes suas cum exercitu  
 veniſſe gaudeant. <sup>6</sup> Quod si autoritatib⁹ hāc cau  
 ſam Quirites confirmandam putatis: eſt vobis au  
 tor vir bellorum omnium, maximarumq; rerum  
 peritissimus, P. Seruilius: cuius tantæ res gestæ ter  
 ra, mariq; extiterunt, vt cum de bello deliberetis,  
 autor

Autor vobis grauior esse nemo debeat: est C. Curio  
 summis vestris beneficijs, maximisq; rebus gestis,  
 summo ingenio, et prudentia præditus: est Cn. Len-  
 tulus, in quo omnes pro amplissimis vestris honori-  
 bus summum consilium, summam grauitatem: esse  
 cognoscit: est C. Cassius integritate, virtute, con-  
 stantia singulari. Quare videte, num horum auctori-  
 tatibus, illorum orationi qui dissentunt, responde-  
 re posse videamus.<sup>1</sup> Quæ cum ita sint C. Manili,  
 primum istam tuam & legem, & voluntatem, & sen-  
 tentiam laudo, vehementissimeq; comprobo: deinde  
 te hortor, ut auctore populo Roma. maneat in sen-  
 tentia, neule cuiusquam vim, aut minas pertimescas.  
 primum in te satis esse animi, constantieq; arbi-  
 tror: deinde cum tantam multitudinem, cum tanto  
 studio adesse videamus, quantam non iterum in  
 eodem homine præficiendo vidimus: quid est, quod  
 aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus?  
 ego autem, quicquid in me est studij, consilij, la-  
 boris, ingenij, quicquid hoc beneficio popu. Roma.  
 atque hac potestate Prætoria, quicquid auctori-  
 tate, fide, constantia possum, id omne ad hanc  
 rem conficiendam tibi, & populo Roma. polli-  
 ceor & defero:<sup>2</sup> testorq; omnes deos, & eos ma-  
 xime, qui huic loco, temploq; præsident, qui om-  
 nium mentes eorum, qui ad Rempublic. adeunt,  
 maximè perspiciunt, me hoc neque rogatu facere  
 cuiusquam, neque quò Cn. Pompeij gratiā mihi per-

1 Peroratio  
 est rotulus cau-  
 sae cum auer-  
 sione sermo-  
 nis ad ipsum  
 auctorem legis.  
 Manilia ut  
 in sententia  
 permaneat.  
 Argumentum  
 est ex autho-  
 ritate ipsius  
 Ciceronis &  
 causis siue fa-  
 cultatibus rei  
 perficiendæ.

2 Commen-  
 dat suum stu-  
 dium ex fine  
 qui illustra-  
 tur collatioē  
 dissimilium  
 causarum.

**R**emovet hanc causam conciliari putem, neque quo mihi  
dissimiles si ex cuiusquam amplitudine, aut præsidia periculis,  
ne ut Reip. iuvandæ fine aut adiumenta honoribus quæram: propterea quod  
statuat. **P**ericula facile ut hominem prestatre oportet in-

pericula facile, ut hominem prestare oportet, in-  
nocentia tecti pellemus: honores autem, neque ab  
uno, neque ex hoc loco, sed eadem nostra illa labo-  
riosissima ratione vitae, si vestra voluntas feret,

2 Conclusio consequemur. 2 Quin nobrem quicquid in hac causa mihi susceptum est Quirites, id omne me Reip. causa suscepisse confirmo: tantumq; abest, ut al- quam boham gratiam mihi quæsisse videar, ut mul tas etiam simultates partim obscuras, partim aper tas, intelligam, mihi non necessarias, vobis non inu tiles suscepisse, sed ego me hoc honore præditum, tantis vestris beneficijs affectum, statui Quirite vestram voluntatem, & Reipublicæ dignita bōtem, & salutem prouinciarum atque socio rum, meis omnibus commodis, & rationibus præferre oportere.

*Joseph de aure ih  
Joseph de aure ih  
Joseph de aure ih*

ORATIONIS PRO  
A. LICINIO ARCHIA POETA  
ARGUMENTVM.

**M**ulceni Junius Syllanus & Cn. Papyrius Carbo legem tulerant, ut ciuium in numero essent, qui ascripti fuissent foederatis ciuitatibus, si tum, cum lex ferebatur, domiciliū habuissent in Italia, & l. x. diebus apud Praetorem professi essent. A. Licinius Archias Poeta cum ob ingenium & doctrinam multis praeclaris viris Romæ charus esset, versaturq; in domo & familia Lucullorum, auctoritate & gratia L. Luculli, cum quo ex Sicilia decedens Heracleam (pop. Rom. foederatam ciuitatem) venerat, impetravit ut praesente Lucullo in eam ciuitatem adscriberetur. Sed cum ipse contubernio Luculli aliquamdiu cum eodem Roma absfuisset, nec nomine ciui in tabulis Censorum (quæ bello Italico exustæ fuerant) inueniretur, delatus est à Graccho quodam, quod se falso pro ciue gereret. Eum hac elegati oratione Cicero, (quia eo preceptorre primo puer usus fuerat) magno doctorum hominum concursu apud Praetorem defendit. Est autem oratio generis Iudicialis. Status causæ, quod Archias sit ciuius Romanus.

M. T. CICERO NIS  
PRO ALICINIO ARCHIA  
POETA ORATIO.

1 Exordij huius duo sunt præcipua capita. Priore Cicero reddit officij sui rationē. Ostēdit enim Archia sibi defendēdū fuisse q; ab eo dicendi facultatē acceperit. Argumēt. est ex materia. Complexio pcedit instar questionis proposita.

2 Metapho-  
ra.

3 Asumptio  
syllogismi.

4 Metapho-  
ra cōtinuata  
ab itinerib⁹.

5 Propositio  
quasi cōple-  
xionis specie

expressa au-  
getur mino-  
rū collatiōe.

6 Occupatio  
est quæstio-



I quid est in me ingenij Iudices, quod sentio quam sit exiguum: aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum: aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studijs, & disciplina profecta, à qua ego nullum confiteor etatis meae tempus abhorruisse: carum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere prope suo iure debet. 3 Nam quoad longissime potest mens mea & respicere spatiū præteriti temporis, & pueritiae memoriam recordari ultimā, inde usque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. 5 Quod si hec vox huius hortatu, præceptisq; conformata, nonnullis ali quando saluti fuit: a quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios seruare possemus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, & opem, & salutē ferre degemus. 6 Ac ne quis à nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quedam in hoc facultas sit ingenij, neq; haec dicendi ratio aut disciplina: nec nos quidem huic cuncti studio penitus unquam dediti sumus, sed tamen in aliis, si libenter, faimus.

in secessione, sicut etiam deinde etiam argumento à genere ad speciem.

fuimus. † Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum; & quasi cognatione quadam inter se continetur.<sup>1</sup> Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in qua stione legitima, & in iudicio publico, cum res agatur apud Prætorem Pop. Rom. lectissimum virum, & apud seuerissimos Iudices, tanto conuentu hominum ac frequentia, hoc uti genere dicendi, quod non modo à consuetudine iudiciorum, verum eti. im à forensi sermone abhorreat:<sup>2</sup> quæso à vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis quemadmodum spero non molestam: ut me pro summo poeta atque eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum literatis simorum, hac vestra humanitate, hoc denique Prætore exerceente iudicium, patiamini de studijs humanitatis, ac literarum paulò loqui liberius: & in eiusmodi persona, quæ propter otium ac studiū nimè in iudicijs periculisq; tractata est, uti propè nouo quodam, & inusitato genere dicendi.<sup>3</sup> quod si mihi à vobis tribui concediq; sentiam, perficiam profectò, ut hunc A. Licinium non modò non segregandum, cum sit ciuis, à numero ciuium, verum etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse.<sup>4</sup> Nā vt primum ex pueris excessit Archias, atque ab ijs

<sup>†</sup> Vide nūquid desit. Nam hęc ratio non coheret cum sententia anteposita, sed ad aliquid speciale confirmandum adhibita videtur fuisse.

<sup>i</sup> Altera pars exordij, qua petit sibi dari veniam paulo liberius: de literis dicendi. Argu. est ex subiectum in obiectione tum in subiectione: sed hic ex cōsentaneis, illic verò ex re pugnantibus specie quādam.

<sup>2</sup> Deprecatio est precipuā vim subiectonis cōtinens.

<sup>3</sup> Conclusio exordij

propositionem, ut Rethores vocant, totius orationis continens, id est, summam questionem auctam collatione minorum.<sup>4</sup> Narratio qua causas ex alijs dicit, quibus adiutus Archias ciuis Romanus factus fuerit. Prima est ingenij & doctrinæ fama atque admiratio.

E 5 artibus,

artibus, quibus etas puerilis ad humanitatem infor  
mari solet, se ad scribendi studium contulit: primum  
Antiochiae (nam ibi natus est, loco nobili, et cele=   
bri quondam urbe et copiosa, atque eruditissimis  
hominibus, liberalissimisq; studijs affluenti) celeri=   
ter antecellere omnibus ingenij gloria contigit. post  
in ceteris Asiae partibus, cuncte q; Graeciae, sic eius  
aduentus celebrabatur, ut famam ingenij, expecta=   
tio hominis: expectationem, ipsius aduentus, admi=

**Argumēti** ratioq; superaret. Erat Italia tunc plena Graecaz  
est ex adiun= rum artium ac disciplinarum: studiaq; haec et in  
ctis. Signifi= Circo charum  
cat enim id fuisse Archia  
a quibus lite  
rae liberales  
cordi essent.

**Accomo** datione dignum existimarunt. Hac tanta celebritate fa=   
ctum, cum esset iam absentibus notus, Romam venit  
**commēdatio** Mario Consule, et Catulo. nactus est primum Con=

nem ad pro= sules eos, quorum alter res ad scribendum maxi=   
ferendā cau= mas, alter cum res gestas, tum etiam studium atque  
lāsam interme= aures adhibere posset. statim Luculli, cum prae=

diam que ra= textatus etiam tum Archias esset, eum domū suam  
men ratione superioris ex effectus qui recperunt. sed enim hoc non solum ingenij ac li=   
dam.

**Collatione** minorum au= terarum, verum etiam naturae atque virtutis fuit,  
ger Archies de esset familiarissima senectuti. Erat temporibus  
laudem.

**Itineris** capit luqustram, et dorice Cimballis  
Thessalonis, et Ambronis.

**Cicerus**, qui sit magna doquaer, cui quidq; addite  
li, aut malare, aut deinceps, obsecravit, et lector  
fuerunt. sic. lib. 3. & oratione.

His iucundus Qu. Metello illi Numidico, & eius  
 Pio filio audiatur a M. Aemilio: viuebat cum  
 Qu. Catulo, & patre, & filio: a L. Crasso coleba-  
 tur: Lucullos vero, & Drusum & Octauios, &  
 Catonem, ex totam Hortensiorum domum deuin-  
 etiam consuetudine cum teneret, afficiebatur sum-  
 mo honore, quod eum non solum colebant, qui aliquid  
 percipere aut audire studebat, verum etiam, si qui  
 forte simulabantur. Interim satis longo intervallo,  
 cum esset cum L. Lucullo in Siciliam profectus, &  
 cum ex ea prouincia cum eodem Lucullo decede-  
 ret, venit Heracleam: quae cum esset ciuitas aquis-  
 simo iure ac foedere, ascribise in eam ciuitatem vo-  
 luit: idque, cum ipse per se dignus putaretur, tum au-  
 toritate, & gratia Luculli ab Heraclensibus impe-  
 travit. Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis,  
 si qui foederatis ciuitatibus ascripti fuissent; si tum  
 cum lex ferebatur, in Italia domiciliū habuissent, &  
 si sexaginta diebus apud Prætorē essent professi. 4  
 Cum hic domiciliū Roma multos iam annos haberet,  
 professus est apud Prætorē Q. Metellū familiarissi-  
 mū suū. 5 Si nihil aliud, nisi de ciuitate, ac lege dici  
 mus, nihil dico amplius: causa dicta est. 6 Quid enim  
 horū infirmari Gracche potest? Heraclea ne esse  
 eum ascriptū negabis: adest vir summa autoritate, et  
 religione, & fide L. Lucullus, qui se non opinari, sed

Delabitur ad vertiā causam quae na-  
 scitur ex secun-  
 da, ut secun-  
 da ex prima.  
 In hac autē  
 probanda, to-  
 talis causa car-  
 do vertitur.  
 Syllog. est. 3.  
 modici. gene-  
 ris. Assum-  
 ptionis pars  
 precedit cau-  
 sis adiuvanti-  
 bus explica-  
 ta.

2. Hęc vrbis  
 Italia fuit in-  
 ter Appenīū  
 & sinum Ta-  
 rētinum. Nā  
 hoc nomine  
 multe alię vr-  
 bes in varijs  
 regionibus  
 furerunt.

3. Propositio  
 ex causa prin-  
 cipibus.

4. Assumptio  
 nis reliquę  
 partes duæ  
 ex adiunctis  
 quibusdam.

5. Complexio  
 ns sententia  
 hoc loco est.

6. Confirmationis vis tota in probanda assumptione versatur. Prima au-  
 gem pars eius testimonijs probatur.

**1** Orbis con- scire: **1** non audiuisse, sed vidisse: non interfuisse, sed  
 cinnitatis. **2** egisse dicit. **2** ad sunt Heraclenses Legati, nobilissi  
**2** testimonium mi homines, qui huius iudicij causa, cum mandatis,  
**quo primam assumptionis** & cū publico testimonio venerunt, qui hunc ascri  
**partem con-** ptum Heraclensem dicunt. **3** Hic tu tabulas deside  
**firmat.** **3** Prolepsis ras Heraclensium publicas, quas Italicō bello incē  
**qua diluit ob** so tabulario interisse scimus omnes. Est ridiculū ad  
**sektionem ac** ea quæ habemus nihil dicere, querere quæ habere  
**cusatoris ex** non possumus: & de hominum memoria tacere, li  
**repugnanti-** terarum memoria flagitare: & cū habeas amplissi  
**bus quæ na-** mi viri religionē, integerrimi municipij iusurādū,  
**scuntur ex in** confirmatione  
**majorū.** Nā fidemq; ea, quæ deprauari nullo modo possunt, re  
 si grauissimis pudiare: tabulas quas idem dicis solere corrūpi, desi  
 testibus non habetur fides  
**medum tabu-** derare. **4** At domicilium Romæ non habuit is, qui  
 tot annis ante ciuitatē tantā, sedem omniū rerū ac  
 fortunarū suarū Rome collocauit? **5** At non est  
**4** Alteram professus. imò verò ijs tabulis professus, quæ sole  
 assumptionis partem per ex illa professione, collegioq; Prætorū obtinet pu  
 speciem oc  
 cupationis blicarū tabularū autoritatē. Nam cū Appijs tabule  
 confirmat ex negligētius asseruatæ dicerētur, Gabinij, quādiu in  
 parte ad to  
 rum. Nam si columis fuit, leuitas, post dānationē, calamitas, om  
 Romē do  
 micilium ha  
 buit: habuit  
 in Italia. **5** Tertiam vnius nominis litura se cōmotū esse dixerit. **6** His  
 partem as  
 sumptionis item per pro  
 lepsin confirmat ex subiectis, quæ augentur collatione minorum. **6** Ex  
 remotione subiectorum repugnantium verum esse professionem Ar  
 chia probat.

igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinij videtis.<sup>1</sup> Quæ cum ita sint, quid est quod de eius ciuitate dubitetis? præsertim cum alijs quoque in ciuitatibus fuerit adscriptus.<sup>2</sup> Etenim cum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis gratuitò ciuitatem in Græcia homines imperiebantur, Rheygnos,<sup>3</sup> credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingenij prædicto gloria noluisse?<sup>4</sup> quid cum cæteri nō modò post ciuitatem datam, sed etiam post legem Papiam, a liquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepererunt: hic qui nec utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heraclensem esse voluit, reiçetur?<sup>5</sup> Census nostros requiris scilicet. Est enim obscurum proximis Censoribus, hūc cum clarissimo Imperatore L. Lucullo apud exercitū fuisse, superioribus, cum eodem Questore fuisse in Asia, primis Iulio & Crasso, nullam populi partem esse censam.<sup>6</sup> Sed quoniam census non ius ciuitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita se iam tum gesisse pro ciue:<sup>7</sup> ijs temporibus, quæ tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio ci-

uium  
in suas ciuitates.<sup>6</sup> Refutatio est, qua Cic. rationem reddit ex causis repugnantibus, quæ nempe prohibuerint quo minus Archias censeri potuerit.<sup>7</sup> Addit per diffimilitudinem obiecti argumenti. Significat enim non indecirco effici, Archiam ciuem non esse quod is census non esset. Nam census non est ita necessarius ut sine eo nemo ciuis esse possit.<sup>8</sup> Pro censu qui Archi de fuerat alia adiuncta & effecta ciuis Romanus in Archis constituit,

<sup>1</sup> Complexio syllogismi principis cū quadam repetitione partis assumptiois.

<sup>2</sup> Proximam sententiā cōfirmat minorum collatione.

<sup>3</sup> Ἡγενία.

<sup>4</sup> Altera collatio sed maiorum quæ aliquot verbis mutilata est.

Legendū autem foras ista fuerit: Quia cū cæteri qui non modo (&c.) irrepererunt, non reiçiantur: hic quā &c.

<sup>5</sup> Lex Papia acerbius etiā quam licinia eos qui ciues Romani nō essent reuocari iubebat

in his temporebus.

1. Permisso  
 est licetia qua  
 figura Greci  
 & apertissima  
 vocant.  
 2 Altera pars  
 confirmatio-  
 nis qua pro-  
 bat alteram  
 partem pro-  
 posita initio  
 collationis:  
 Disputat au-  
 tem primum  
 de se ac dein  
 de de studijs  
 literarum in  
 genere.  
 3 Prota sis dis  
 similitudi-  
 nis.

+ Legendum  
 esse ( a nulli  
 vñquam me  
 tempore aut  
 commodum  
 &c.) offendit  
 ipsa sententia.  
 Nam dissimi-  
 litudinē sui  
 & aliorū Cic.  
 vult ostende-  
 re. Si aliter le-  
 gas nulla erit  
 dissimilitu-  
 do.

4. ~~artus~~  
 & doce

Concludit sibi vitio dandum non esse quod sit literis deditus, idque au-  
 ger comparatione subiectorum ex quibus nonnulla vim habent minorū.

temporis: quantum alij tribuunt intempestiuis con-  
uiuis: quantum deniq; aleæ, quantum pilæ, tantum  
mibi egomet ad hæc studia recolenda sumpsero.  
Atque hoc adeò mihi cōcedendū est magis, quod ex  
his studijs, hæc quoq; crescit oratio, & facultas:  
quæ quantacūq; in me est, nunquā amicoru pericu-  
lis defuit. Quæ si cui leuior videtur, illa quidē cer-  
tè, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriā, sentio.  
Nā nisi multorū præceptis, multisq; literis mihi ab  
adolescentia suassissem, nihil esse in vita magnopere  
expetendū, nisi laudē atq; honestatē: in ea autē per-  
sequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericu-  
la mortis, atq; exilijs parui esse ducenda: nunquā me  
pro salute vestra in tot ac tatas dimicationes, atq;  
in hos profligatorū hominum quotidianos impe-  
tus obiesssem. Sed pleni omnes sunt libri, plene sa-  
pientum voces, plena exemplorum vetustas: quæ ia-  
cerent in tenebris omnia, nisi literarum lumē. <sup>+</sup> accē-  
deret. Quām multas nobis <sup>3</sup> imagines, non solum  
ad intuendū, verū etiam ad imitandū, fortissimo  
rū virorum expressas, scriptores & Græci, & La-  
tini reliquerunt! quas ego mihi semper in admini-  
stranda Repu. proponēs, animū, & mentē meā ipsa  
cogitatione hominū excellētiū conformabā. <sup>4</sup> Quæ  
ret quispiam, quid illi ipsi summi viri, quorū vir-  
tutes literis proditæ sunt, istāne doctrina, quam tu  
laudibus effers, eruditifuerunt? difficile est hoc de  
omnibus cōfirmare: sed tamen est certū quid respō-

<sup>1</sup> Studia literarū ex cō-  
sequentibus effectis com-  
mēdat, quæ quidem trā-  
fert ad colla-  
tionem mino-  
rum.

<sup>2</sup> Redditio  
majorum ef-  
fectorum syl-  
logismo con-  
clusa, quo  
probat litera-  
rum prestan-  
tiā ex effe-  
ctorum præ-  
stanciā.

<sup>3</sup> accēdere,  
Hoc verbū  
nullo pacto  
conuenit.

<sup>4</sup> Allegoria  
a pectoribus.

<sup>4</sup> Occupatio  
est qualitatis,  
quæ nascēba-  
tur ex super-  
tiesib; quā  
quidem sol-  
vit distinctione qua-  
dā ex leco  
dissimilans.

deam.

1 Protasis dis deam. 1 Ego multos homines excellenti animo ac  
 similitudi-  
 nis.  
 2 virtutibus.  
 2 virtutibus.  
 Nam ex duo  
 bus verbis al  
 terum primo  
 loco positum  
 inter medio  
 loco repeti-  
 tur, alterum  
 inter medio  
 loco positum  
 repetitur ex-  
 tremo.  
 3 Redditio  
 similitudinis  
 aucta collatio  
 ne minorum.  
 4 Illustrat  
 specialibus  
 exemplis sen  
 tientiam pro  
 xime positi  
 zam.  
 5 Minorē A-  
 fricanum in-  
 telligit. Vide  
 in Bruto.  
 6 Ex destina-  
 tis propositiū  
 finem colli-  
 git.  
 7 Auget lau-  
 dem litera-  
 rum collatio  
 ne minorum  
 effectorum : & causarum + animi remissionem. 8 Protasis collationum.  
 9 à virtutē dōcis maiorum ex præstrioribus effectis & pluribus com-  
 modis.

deam. 1 Ego multos homines excellenti animo ac  
 virtute fuisse, & sine doctrina naturae ipsius habi-  
 tu propè diuino, per seipso & moderatos, & gra-  
 ues extitisse fateor: etiam illud adiungo, saepius ad  
 laudem atque virtutem 2 naturam sine doctrina,  
 quam sine natura valuisse doctrinam. 3 atque idem  
 ego contendo, cum ad naturam eximiam atque il-  
 lustrem accesserit ratio quædam confirmatioq; do-  
 ctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singu-  
 lare solere existere. 4 Ex hoc esse hunc numero,  
 quem patres nostri viderunt, diuinum hominem 5  
 Africatum: ex hoc C. Lælium, L. Furium, modesti-  
 simos homines & continentissimos: ex hoc fortissi-  
 sum virum, & illis temporibus doctissimum, M.  
 Catonem illum senem: 6 qui profecto si nihil ad per-  
 cipiendam colendamq; virtutem literis adiuuaren-  
 tur, nunquam se ad earum studium contulissent. 7  
 Quod si non hic tantus fructus ostenderetur, & si  
 ex his studijs delectatio sola peteretur: tamē, ut opī  
 nor hanc + animaduersiōnem humanissimam ac li-  
 beralissimam iudicaretis. 8 Nam cæteræ neque tem-  
 porum sunt, neque ætatum omniū, neque locorū: 9  
 hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oble-  
 ctant, secundas res ornant, aduersis persugium ac  
 solatium præbent, delectant domi, non impediunt  
 foris

foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticā tur. <sup>1</sup> Quòd si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari debemus, etiam cū in alijs videremus. <sup>2</sup> Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscijs morte nuper non commoueretur? qui cūm esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem, videbatur omnino mori non debuisse. <sup>3</sup> ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat à nobis omnibus, nos animorum incredibiles motus celeritatemq; ingeniorum negligemus? <sup>4</sup> Quoties ego hunc Archiam vidi Iudices (utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc nouo genere dicenditam diligenter attenditis) <sup>5</sup> quoties ego hunc vidi, cūm literam scripsisset nullam, magnum numerū optimorū versuum de his ipsis rebus, quæ tum agebantur, dicere ex tempore! quoties reuocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententijs: <sup>6</sup> quæ verò accuratè, cogitateq; scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem peruenirent. <sup>7</sup> hunc non ego diligam: non admirerem omni ratione defendendum putem: <sup>8</sup> Atqui sic à summis hominibus, eruditissimisq; accepimus, cæterarum rerū studia, & doctrina, & præceptis, & arte constare: poetam natura ipsa valere, & mentis

F

viribus

collationem parium. <sup>7</sup> Complexio, Itaque admirandus est Archias. <sup>8</sup> Redit ad thesin & in genere de poëtarum præstantia disputat ex præstantiorum causarum collatione, quæ tamen dulsimilium speciem obtinet.

Propius nos  
cedit ad hy-  
pothesin syl-  
logismi pro-  
positionē te-  
xēdo quæ spe-  
ciatim Ar-  
chiaz accom-  
modari pos-  
sit. Argu. est  
ex adiunctis  
ad subiecta.  
<sup>2</sup> Confirmat  
propositionē  
collatione  
minorum.

<sup>3</sup> Redditio  
maiorum &  
repetitione  
argumenti.

<sup>4</sup> Tandem  
speciatim ad  
Archiam de-  
labitur, cu-  
ijs doctrinā  
atque erudi-  
tionem exi-  
miam pro-  
bat ex esse-  
ctis testimo-  
nio suo con-  
firmatis. At-  
que hic qui-  
dem allu-  
ptio incipit.

<sup>5</sup> αράθησα  
<sup>6</sup> Addit etiā

1 Arg. à sub- viribus excitari, ex quasi diuino quodam spiritu  
 iectis ad ad- afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos  
 iunctae Poe- appellat poetas, quod quasi decorum aliquo dono  
 ta omnes tan- & ieste debet. atque munere commendati nobis esse videatur. 2 Sit  
 tio Ennius te- igitur Iudices, sanctum apud vos humanissimos ho  
 stimonio & mines hoc poete nomen, quod nulla inquam bar-  
 etymologia baria violauit. 3 Saxa & solitudines voce respon-  
 nominis fir- sicutur, bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque  
 matur.  
 2 Auget sen- consistunt: nos instituti rebus optimis non poetarum voce moueamur? 4 Homerum Colophonij ci-  
 tentiam pro- rum esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salas-  
 positiōis col- minij repetunt, Smyrnæi verò suum esse confir-  
 latione mino- mant: itaque etiam delubrum eius in oppido dedica-  
 rum.  
 3 Addit altera minij repetunt, Smyrnæi verò suum esse confir-  
 rata collatio- mant: itaque etiam delubrum eius in oppido dedica-  
 nem impariū uerunt: permulti alij præterea pugnant inter se, at-  
 sed ex mino- que contèdunt. 5 Ergo illi alienum, quia poeta fuit,  
 rum loco.  
 4 Altera collatio minorū. post mortem etiam expetunt: nos hunc viuum, qui  
 5 Reddito & voluntate, & legibus noster est, repud' abimus?  
 maiorū probata effectis presertim cum omne olim studium atque omne in-  
 Archiz. genium contulerit Archias ad populi Romani glo-  
 6 Occasione riam, laudemq; celebrandam. nam & Cimbricas  
 oblatæ excus res adolescens attigit, & ipsi illi C. Mario, qui  
 rit in locum durior ad hæc studia videbatur, iucundus fuit. 6  
 communē de studio gloriæ Neque enim quisquam est tam auersus 7 à Musis,  
 & probat in- qui non mandari versibus æternum suorum labo-  
 ductione ali- rum facile præconium patiatur. 8 Themistoclem  
 quot exem- illum summum Athenis virum dixisse aiunt, cum  
 plorū.  
 7 Metony- ex eo quereretur, quod acroama, aut cuius vocem  
 mia.  
 8 Primum libentissime audiret: eius, à quo sua virtus optimè

prædicaretur. Itaque ille Marius item eximie<sup>1</sup> L. Secundum  
 Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quæ ges= exemplū in-  
 ferat, posse celebrari. Mithridaticum verò bellū ductiōis quæ  
 magnum atque difficile, & in multa varietate ter= aliquatis per  
 ra mariq; versatum, totum ab hoc expressum est: intermissa  
 qui libri non modo L. Lucullum fortissimum, & postea rep-  
 clarissimum virum, verū etiam populi Romani tetur.  
 nomen illustrant. Populus enim Rom. aperuit Lu= 2 Additālia  
 cullo imperante Pontum, & regijs quondam opib= etiā subiecta  
 us, & ipsa natura regionis vallatum: populi Ro= in quibus Ar-  
 mani exercitus eodē duce non maxima manu innu- chias scriben-  
 merabiles Armeniorum copias fudit: populi Roma- do versatus  
 ni laus est, urbem amicissimam Cyzicenorum eius= sit.  
 dem consilio ex omni impetu regio, ac totius belli 3 Arg. est ex  
 ore ac faucibus eruptam esse, atque conseruatam: matēria lāu-  
 nostra semper feretur, & p̄dicitabitur L. Lucul= dis & no-  
 lo dīmīcātā cum imperfectis ducib⁹ depresso bene factis & reb⁹  
 stium classis, & incredibilis apud Tenedum p̄ræclarè ge-  
 gna illa naualis: nostra sunt trophæa, nostramoni-  
 menta, nostri triumphi. 4 Quare quorum ingenij s̄tis. Syllogis-  
 hæc feruntur, ab ijs po. Rom. fuit: assū-  
 f. Rofanā celebratur. 5 Cha- ptis lequitur  
 rus fuit Africano superiori noster Ennius: itaque in amplifica-  
 etiā in sepulcro Scipionū putatur is esse cōstitutus: tione rerum  
 è marmore. At ijs laudibus certè nō solum ipſi, qui à pop. Rom.  
 laudātur, sed etiam populi Romani nomē ornatūn. gestarū. De  
 In cœlum huius proauius Catotollitur: magnus ho- quibus vide  
 nos populi Romani rebus adiungitur, onus den= Appia. in Mi-  
 que illi Maximi, Marcelli, Fuluij non sine communi- thridatico.  
 4 Propositio  
 instar cōplet-  
 xionis exp̄ssa.  
 5 Consimilat  
 p̄ oximā pro  
 positionem  
 speciali ex-  
 plo Iapij.

<sup>1</sup> Per collationē mino- omnium nostrum laude decorantur. <sup>1</sup> Ergo illum, qui hæc fecerat, <sup>2</sup> Rudium hominem maiores no-  
rum accōmo dat Ennij e- stri in ciuitatem receperunt: nos hunc Heraclien-  
zemplum ad sem, multis ciuitatibus expetitum, in hac autem le-  
causam Ar- gibus constitutū, de nostra ciuitate ejiciemus? <sup>3</sup> Nā  
chiae.

<sup>2</sup> Rudiæ En- si quis minorem glorie fructum putat ex Græcis  
niij patria, vnde hic di- versibus percipi, quā ex Latinis, vehemēter errat:  
citur Rudi<sup>o</sup>. propterea quòd Græca leguntur in omnibus ferē  
<sup>3</sup> Occupatio gentibus, Latina suis finibus, exiguis sanè continen-  
est quæ solui rijs & colla- regionibus definiuntur, cupere debemus, quò minus  
tetur ex contra minorū manuum nostrarum tela peruererint, cōdem gloriā  
tur. <sup>4</sup> Quare si res hæc, quas geſsimus, orbis terræ  
lingue tā La famamq; penetrare. quòd cūm ipsis populis, de quo  
tinæ, quām Græca.  
rijs & colla- regionibus definiuntur, cupere debemus, quò minus  
tetur ex contra minorū manuum nostrarum tela peruererint, cōdem gloriā  
lingue tā La famamq; penetrare. quòd cūm ipsis populis, de quo  
tinæ, quām Græca.

<sup>4</sup> Concludit qui de vita gloriæ causa dimicant, hoc maximū ex  
ex fine auto periculorum incitamentum est, & laborū. <sup>5</sup> Quā  
per dissimili- tudinem res multos sciptores rerum suarum magnus ille Alexā  
gestas Roma der secum habuisse dicitur: at que ista tamen, cūm in  
norū Græ sermone de- Sigæo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunate,  
scribi optan- inquit, adolescens, qui iuxta virtutis Homerum præ-  
dum esse. conem inuenieris: & verè nam nisi illi ars exti-  
tisset illa, idem tumulus, qui corpus eius contexe-  
rat, nomen etiam obruisset. <sup>6</sup> Quid noster hic Ma-

Tertiu est intermissa su prioris inductionis exemplum. <sup>7</sup> Ilias illa extitisset, Theophanem Mytilenæum scriptorem rerum sua- rum in concione militum ciuitate donauit: & no-  
stri illi fortis viri, sed rustici ac milites, dulcedine

<sup>6</sup> Quartum exemplū de Pompeio, in quo animaduerte allusionem ad similitudinem cognominis,

quadam gloriæ commoti, quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore approbauerunt? <sup>1</sup> Ita= 1 Concludit que credo, si ciuis Romanus Archias legibus nō es= set, ut ab aliquo Imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit? <sup>2</sup> Sylla cū Hispanos, & Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset? quem nos in concione vidimus, cū ei libellum ma= lus poeta de populo subiecisset, quod Epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus lon= giusculis, statim ex ijs rebus, quas tunc vendebat, iubere ei præmium tribui sub ea conditione, ne quid poste a scriberet. <sup>3</sup> Qui sedulitatem mali poëtæ du= xerit aliquo tamen præmio dignam, huius inge= nium, & virtutem in scribendo, & copiam non ex petisset? Quid à Q. Metello Pio familiarissimo suo, qui ciuitate multos donauit, neque per se, neque per Luculos impetravisset? qui præsertim usque eò de suis rebus scribi cuperet, <sup>4</sup> vt etiam Cordubæ na= tis poëtis pingue quiddam sonantibus, atque pere= grinum, tamen aures suas dederet. <sup>5</sup> Neque enim est hoc disimulandum, quod obscurari non potest: sed præ nobis ferendum: trahimur omnes laudis stu= dio: & optimus quisque maximè gloria ducitur. <sup>6</sup> Ipsi illi philosophi, etiam in illis libellis, quos de= contemnda gloria scribunt, nomen suum inscri= bunt: in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatēq;

F 3 despī=

<sup>5</sup> Conclusio inductionis per epiphonema. <sup>6</sup> Addit etiam sextum exem= plum auctum minorum collatione.

Archia com= mendatione artis poëtie= ciuitatem Ro= manam faci= le impetrare potuisse.

Sed hoc exponitur.

<sup>2</sup> Altera vim repugnā tium habens ex dissolutio ne minorū. Iterat vim eiusdem col= lationis sed fine ironia.

<sup>3</sup> Ostendit Archia fuisse facultatē alijs rationi= bus adipiscē di ciuitatem Romanam addita etiam altera colla= tione maiorū.

<sup>6</sup> In hac col= latione quin= tum est exem= plum induc= tionis,

† preda= despiciunt, † predicari de se ac nominari volunt.  
 rī secon. † Decius quidem Brutus, summus ille vir & Im=  
 † Decimus perator, Accij amicissimi sui carmīnibus templorū  
 1. Seprium ac monimentorum aditus exornauit suorum. 2 Iam  
 exemplum.

2 Octauum exemplū vñ Filius, non dubitauit Martis manubias Musis con= de elicitur cō secrare. Quare in qua urbe imperatores propè ar clusio per mati poetarum nomen, & Musarum delubra co= minorum. luerunt, in ea non debent togati iudices à Musas=

3 Additno- runt honore, & à poetarū salute abhorrere. 3 At= num exem= que ut id libentius faciliat, iam me vobis Iudices, plū de sua cupiditate indicabo, & de meo quodam amore gloriæ, nimis glorię de qua acris fortasse, veruntamen honesto, vobis confite= nihil erat ne cessē dicere. Nemo enim id ignorabat.

utrigua Q. fidei viderit. et illas est. atque vobis cum simūl pro salute huius urbis, atque Imperij, & pro vita ciuium, proq; vniuersa Republ. gessimus, attigit hic versibus, atque inchoauit: quibus audi=

ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim vir=

4 Argumen derat, præter hanc laudis, & gloriæ: 4 qua quidem tatur a fine ad destinata, & syllogi= detracta Iudices, quid est quod in hoc tam exi= mo connexo. quo vitæ curriculo, & tam breui tantis nos in laboribus exerceamus certe si nihil enimus præ= concludit. Propositio sentiret in posterum, & si, quibus regionibus vitæ complexio= spatum circumscriptum est, eisdem omnes cogita= tequatur. At sumptio ter= tia est. tiones terrarum et suas: nec tantis se laboribus fran= geret, neque tot curis, vigilijsq; angeretur, nec to=

ties de vita ipsa dimitaret.<sup>1</sup> nunc insidet quædam  
in optimo quoq; virtus, quæ noctes, & dies animū  
glorie stimulis concitat, atque admonet, non cum  
vitæ tempore esse dimitendā commemorationem  
nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquan-  
dam.<sup>2</sup> An verò tam parui animi videamur esse  
omnes, qui in Repub. atque in his vitæ periculis  
laboribusq; versamur, ut cùm usque ad extrellum  
spatium, nullum tranquillum atque otiosum spiri-  
tum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia  
arbitremur?<sup>3</sup> An, cùm statuas & imagines non  
animorum simulacra, sed corporum, studiose mul-  
ti summi homines reliquerunt, consiliorum relin-  
quere ac virtutum nostrarum effigiem nonne mul-  
to malle debemus, summis ingenij expressam, &  
politam?<sup>4</sup> Ego verò omnia, quæ gerebam, iam tum  
in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar  
in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc verò  
sue à meo sensu post mortem absutura sunt, siue,  
ut sapientissimi homines putauerunt, ad aliquam  
animi mei partem pertinebunt, nunc quidem certè  
cogitatione quadam, speq; delector.<sup>5</sup> Quare con-  
seruate Iudices hominem, pudore eo, quem amico-  
rum studijs videtis comprobari, tum dignitate, tum  
etiam venustate: ingenio autem tanto, quantum id  
conuenit existimari, quod summorū hominū inge-  
nijs expetitum esse videatis: causa verò einsmodi,  
qua beneficio legis, autoritate municipij, testimonio

<sup>1</sup> Assumptio  
per constitu-  
tionem finis.

<sup>2</sup> Argumen-  
tatur ex repu-  
gnatibus esse  
ctis ad tollē-  
das repugna-  
tes causas.

<sup>3</sup> Addit col-  
lationem mi-  
norum.

<sup>4</sup> Exemplo  
suo illustrat  
proximā sen-  
tentiam.

<sup>5</sup> Peroratio  
est cum epi-  
logo summo  
rum capitū.

Deprecationem adhibet ad benevolentiā conciliandā. Argumenta coateruata sunt ex causis, effectis, subjectis & adjunctis.

**2** Totius orationis cōclu-  
sio ex distin-  
ctione partiū  
per dissimili-  
tudinem.

Luculli, tabulis Metelli comprobetur.<sup>1</sup> Quæ cum  
ita sint, petimus à vobis Iudices, si qua non modò  
humana, verùm etiam diuina in tantis negotijs com-  
mendatio debet esse: ut eum, qui vos, qui vestros Im-  
peratores, qui pop. Rom. res gestas semper orna-  
uit, qui etiam his recentibus nostris vestrisq; dome-  
sticis periculis æternum se testimonium laudum da-  
turum esse profite ur, quiq; est eo numero, qui sem-  
per apud omnes sancti sunt habiti, atque dicti, sic in  
vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestra le-  
uatus potius, quam acerbitate violatus esse videa-  
tur.<sup>2</sup> Quæ de causa pro mea consuetudine, breui-  
ter, simpliciterq; dixi Iudices, ea confido probata  
esse omnibus: quæ non fori, neque iudicali consue-  
tudine, & de hominis ingenio, & communiter de  
ipsius studio locutus sum, ea Iudices, à vobis  
spero esse in bonam partem accepta, ab eo  
qui iudicium exercet,  
certè sciò.

Q R A

ORATIONIS AD  
QVIRITES POST REDITVM  
ARGVMENTVM.

P. Clodius Trib. pl. legem tulerat, vt ei qui ciuem Rom. interemisset, aqua & igni interdiceretur. Qua, licet expressè non nominabatur, Cicero tamep solus, ob veteres iniurias, petebatur; vt qui Lentulum, Cethegum, & reliquos nefariæ coniurationis socios in carcere necari iussisset. Cicero igitur hostes armatis satellitibus stipatos cernens, amicorum suasu, ne ipsius causa bellum ciui le oriretur, in voluntarium abiit exilium. Ce terum cum Clodius insolentior factus, non nulla Pompeij in bello acta vellicare cœpisset, Milone Trib. pl. & Pompeio auctoribus S. C. factū est, quo nihil prius sancire, nihil ve publicum agere placuit, donec de Ciceronis reditu statutum esset. Decimo igitur exilijs sui mense, siue (vt Appiano placet) 16. post expulsionem, rediit Cicero, tata ciuium omnium lætitia, vt Romam se Italiz humeris reportatum dicat. Quare ut animum gratum ijs ostenderet, à quibus summa gloria receptus esset, hanc Orationem ad Quirites habuit, qua gratulatur suo reditui, & gratias agit ciuibus Rom. qui diem reditus penè to-

## ORATIO

tum in gratulationibus consumpsérant. Est autem Oratio ipsa generis Demonstratiū.

1 Initio gratu  
latur Cicero  
plebi Roma  
na de reditu  
suo, quo Dij  
Ciceronis in  
nocentiam te  
stati sint. Ar-  
gu. est ex cō-  
sequentibus  
euentis syllo  
gismo cōclu  
sis. Proposi  
tio præcedit  
auta dissimi  
libus.

2 Redditio  
dissimilitudi  
voluntate suscep  
tum: 2 sin & ea, quæ antè gesse  
ram, conseruandæ ciuitatis causa gessisse, & il  
lam miseram profectionem vestræ salutis gratia  
ex fine per suscepisse, ut quod odium scelerati homines, &  
singulas par  
tes rerum & audaces in Remp. & in omnes bonos conceptum  
Cicerone ge  
stare. iāndiu continerent, id in me unum potius, quam in  
statu demon  
strato.

3 Assumptio  
complexioni  
permixta. At  
qui reuocat  
sum. Itaque  
Dij approba  
runt ea quæ  
gesseram,  
Reip. causa  
esse gesta.

3 Ceterent: hoc si animo in vos, liberosq; vestros fuis  
sem, ut aliquando vos, patres conscriptos, Italianam  
riūm q; vniuersam, memoria mei, misericordia, deside  
riūm q; teneret: 3 eius deuotionis me esse conuictum  
iudicio deorum immortalium, testimonio Senatus,  
consensu Italie, confessione in micorum, beneficio  
diuino immortaliq; vestro maximè letor Quiri  
res.

# M. T. CICERONIS

## AD QVIRITES POST REDI TVM ORATIO.

**Q**VOD, precatus à Iove Optimo  
Maximo, cæterisq; dijs immortali  
bus sum Quirites eo tēpore, cùm  
me fortunasq; meas pro vestra in  
columitate, otio, concordiaq; dea  
uoui, ut si meas rationes vñquam vestræ saluti an  
te posuissim. sempiternam pœnam sustinerem mea

tes. <sup>1</sup> Etsi homini nihil est magis optandum<sup>1</sup>, quām prospera, & equabilis, perpetuaq; fortuna, secundo vitæ sine ulla offensione cursu: tamen si mihi tranquilla & placata omnia fuissent, incredibili quadā & penè diuina, qua nunc vestro beneficio fruor, latitiae voluptate caruissem. <sup>2</sup> Quid dulcissimū hominū generi à natura datum est, quām sui cuiq; liberi: mihi verò & prōpter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea chiriiores: tamen non tantā voluptate erant suscepti, quantum nunc sunt restituti. <sup>3</sup> Nihil cuiquam fuit unquam iucundius, quām mihi meus frater: nō tam id sentiebam cùm fruebar, quām tunc cùm carebā, & posteaquām vos me illi, & mihi cum reddidistis. <sup>4</sup> Res familiaris sua quenq; delectat: reliquæ meæ fortune recuperatae plus mihi nunc voluptatis afferunt, quām tunc incolumi afferebant. <sup>5</sup> Amicitiae, consuetudines, vicinitates, clientele, ludi deniq; & dies festi, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quām fruendo. <sup>6</sup> Iam verò homines, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quanquam mihi semper clarissima visa sunt, tamen ea nunc renouata & illustriora videntur, quām si obscurata nō essent. <sup>7</sup> Ipsa autem patria, dij immortales, dici vix potest, quid charitatis, quid voluptatis habet. quæ species Italiæ: quæ celebritas oppidorū: quæ forma regionū: qui agri: quæ fruges: quæ pulchritudo virbis: quæ humanitas ciuium: quæ Reip. dignitas: quæ

<sup>1</sup> Auget acce pti beneficij magnitudinem minorū collatiōneque per singulas partes rerum optabilium per inductio nem deduci tur.

<sup>2</sup> Prima pars inductionis.

<sup>3</sup> Secunda pars inductionis in qua ur in ceteris va rietatem copiamque orationis animaduerte.

<sup>4</sup> Tertia pars inductionis.

<sup>5</sup> Quarta.

<sup>6</sup> Quinta.

<sup>7</sup> Sexta pars inductionis pluribus ver bis exposita ex singulis pa triæ partibus & adiunctis.

vestra

ORATIO

1 Conclusio inductionis illustrata similitudine. 2 Per speciem prolepseos accommodat ea quae ante dixit ad amplificandum beneficium populi Romani per collationem minorum quae rursus agetur maiori

vestra maiestas? quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut nemo magis.<sup>1</sup> sed tanquam bona valetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quām qui nunquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis, quām assidue perceperunt, delectant.<sup>2</sup> Quorsum igitur hæc + disputatio: quorsum: ut intelligere possitis, neminem unquam tanta eloquentia fuisse, neque tam diuino atque incredibili genere dicendi, qui vestrorum magnitudinem multitudinemq; beneficiorum, quæ in me, fratribus.

dò augere, aut ornare oratione, sed enumerare, aut consequi possit.<sup>3</sup> A parentibus, id quod necesse erat, parvus sum procreatus, à vobis natus sum Con sularis.<sup>4</sup> Illi mihi fratrem incognitum qualis futurus esset, dederunt: vos spectatum & incredibili pietate cognitum reddidistis.<sup>5</sup> Remp. illis accepi nem minorū temporibus eam, quæ penè amissa est, à vobis eam sèpius iteratam.

recuperauī, quam aliquando omnes unius opera seruatam iudicauerunt.<sup>6</sup> Dijs immortales mihi liberos dederunt: vos reddidistis.<sup>7</sup> multa præterea à dijs immortalibus optata consecuti sumus: nisi vestra voluntas fuisset, omnibus diuinis muneribus caruissemus. vestros denique honores quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc à vobis uniuersos habemus:<sup>8</sup> ut quantum antea parentibus, quantum dijs immortalibus, quantum vobis metipsis, tantum hoc paria facit populi unius in ipsum beneficia.

hoc tempore, vniuerso cuncta Pop. Roman. debeamus. Nam cum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, ut eam complecti oratione non possim: tum in studijs vestris<sup>1</sup> tanta animorum declarata est voluntas, ut non solum calamitatem mihi detraxiisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini. <sup>2</sup> Nō enim pro meo reditu, ut pro <sup>3</sup> P. Popilij nobilissimi hominis adolescentes filij, & multi præterea cognati atque affines deprecati sunt: non ut pro Qu. Metello clarissimo viro iam spectata ætate <sup>4</sup> filius, non <sup>5</sup> L. Dalmaticus Consularis, summa autoritate vir: non Qu. Metellus Censorius, non eorum liberi, non Qu. Metellus nepos, qui tum Consulatū pe- tebat, non sororum filij Luculli, Seruilij, Scipiones: permulti enim tum Metelli, aut Metellorum liberi pro Qu. Metelli reditu vobis ac patribus vestris supplicauerūt. quod si ipsius summa dignitas, maxi mæq; res gestæ non satis valerent: tamen filij pie- tas, propinquorum preces, adolescentium squalor, maiorum natu lacrymæ Pop. Rom. mouere potue runt. <sup>6</sup> Nam C. Marij, qui post illos veteres clarissi mos Consulares, vestra patrumq; memoria, tertius ante me Consularis, subiit indignissimam fortunā præstantissima sua gloria, dissimilis fuit ratio. Nō enim ille deprecatione rediit, sed in dissensu ciuium exercitus se armisq; reuocauit. <sup>7</sup> me autem nudum à

<sup>1</sup> Transit ad augendas be neficiorū cau fas & mino rum effec torum collatio ne eas extol lit.

<sup>2</sup> Amplificat reditum suū ex causis quas præstantiores ostendit collatione mino rum. Protasis tria habet ex empla quæ li cet dissimilit specie traditæ tur, tamen ad questionem quantitatis q; dem referuntur.

<sup>3</sup> Hic roga tione C. Grae chi quod Ti berio Grac cho acriter obstatisset è ciuitate pul sus est.

<sup>4</sup> Q. Metellus Pius.

<sup>5</sup> Hic Metel Jus Dalmati cus à victis Dalmatis di ctus est.

<sup>6</sup> Dissimilitudo Marij cum superioribus ex dissimilibus causis restitu tionis. <sup>7</sup> Redditio principis collationis.

propinquis, nulla cognatione munitum, nullo armorum ac tumultus metu, C. Pisonis generi mei diuina quedam & inaudita auctoritas, atque virtus, fratrisq; mei miserrimi, atque optimi quotidiane lacrymæ, sordesq; lugubres à vobis deprecatae sunt.

**Q.Cicero.** Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret: qui suo fletu desiderium mei memoriāq; renouaret: qui statuerat Quirites, si vos me si bi non reddidissetis, eandem subire fortunam: Et tanto in me amore extitit, ut negaret fas esse non modò domicilio, sed ne sepulcro quidem se à me esse seiunctum. Pro me præsente Senatus, hominumq; præterea viginti millia vestem mutauerunt: pro eodem me absente vnius squalorem, sordesq; vidi stis. Vnus hic, qui domi, qui in foro posset esse mihi pietate filius, inuetus est beneficio parens, amore idem, qui semper fuit frater. Nam coniugis miseræ squalor & luctus, atque optimæ filiæ mœror assiduus, filijq; parui desideriū mei, lachrymæq; pueriles, aut itineribus necessarijs, aut magna parte tectis, ac tenebris continebantur. Quare hoc maius est vestrū in nos promeritū, quod non multitudini propinquorum, sed nobis metipsis nos reddidistis.

Sed quemadmodū propinqui, quos ego parare non potui, mihi ad deprecandā calamitatem meam non affuerunt: sic illud quod mea virtus præstare debuit, adiutores, autores, hortatoresq; ad me restituē dū ita multi fuerūt, ut longè superiores omnes hac dignit-

+ etate

**Collatio-**  
nis accom-  
modatio ad  
beneficij am-  
plificationē  
ex causis præ-  
stantioribus  
que minorū  
repetitione  
augentur.

dignitate, copiaq; superarem. Nunquam de P. Popilio clarissimo, atque fortissimo viro: nunquam de Qu. Metello nobilissimo & constantissimo ciue: nunquam de C. Mario custode ciuitatis, atque imperij vestri, in Senatu mentio facta est. <sup>1</sup> Tribunitijs superiores illi rogationibus, nulla autoritate Senatus sunt restituti. Marius uero non modò non à Senatu, sed etiam oppresso Senatu est restitutus: nec rerum gestarum memoria in redditu C. Marij, sed exercitus, atque arma valuerunt. <sup>2</sup> at de me ut valeret, semper Senatus flagitauit: ut aliquando perficeretur, cum primum licuit frequentia, atque autoritate perfecit. nullus in eorum redditu motus municipiorum, & coloniarum factus es: at me in patria ter suis decretis Italia cuncta reuocauit. Illi inimicis interfectis, magna ciuium cæde facta, reducti sunt: ego ijs, à quibus electus sum, <sup>3</sup> 3 prouincias obtinuitibus, <sup>4</sup> 4 inimico autem optimo viro, & mitissimo, <sup>5</sup> altero Consule referente reductus sum: cum sis inimicus, qui ad meam perniciem vocem suā communibus hostibus præbuisset, spiritu duntaxat viueret, re quidem infra omnes mortuos <sup>6</sup> amandatus esset. <sup>7</sup> Nunquam de Popilio L. Opimius fortissimus Consul, nunquam de Qu. Metello non modò C. Marius, qui erat inimicus, sed ne is quidē, qui secutus est, M. Antonius homo eloquissimus, cum A. Albinus collega Senatū aut populū est cohortatus. at pro me superiores Consules semper ut referrent, efflagi-

<sup>1</sup> Popilius L. Bestiæ, Metellus Calidij rogatione reuocatus est.

<sup>2</sup> Iterat aitato deo  
otiv collationis & per partes singulas dilata-

<sup>3</sup> Pisone & Gabinium intelligit.

<sup>4</sup> Q. Metellum Nepos indicat.

<sup>5</sup> Intelligit P. Lentulum Spintherem.

<sup>6</sup> Clodiu-

intelligit.

<sup>7</sup> Repetit dis similitudinem antepositam.

1 cōgōriæ, tati sunt: sed i veriti sunt ne gratiæ causa facere vi  
qua Piso & derentur, quod alter mihi affinis erat, alterius cau-  
Gabinius no- sam capitum repperam: qui prouinciarum foede-  
tantur.

2 Metaphora re irretiti, totum illum annum querelas Senatus,  
avinculis aut luctum bonorum, Italiæ gemitum pertulerunt. Ca-

laqueis. lendis verò Ianu. posteaquam orba Resp. Consulis  
fidem tanquam legitimi tutoris implorauit, P. Len-  
tulus Consul parens, deus, salus nostræ vitæ, fortu-  
næ, memoriæ, nominis, simul ac de solenni religione  
retulit, nihil humanarum rerum sibi prius, quam  
de me agendum iudicauit. atque eo die confecta res

3 Intelligit et Tribunus pleb. quem ego maximis be-  
Attilium Ga- neficijs Quæstorem Consul ornaueram, cum et cū  
bianum. etus ordo, et multi eum summi viri orarent, et  
Cn. Oppius ficer, optimus vir, ad pedes eius flens

4 Vide orat. iaceret, noctem sibi ad deliberandum postulasset: 4  
pro Sest. que deliberatio non in reddenda, quæ admodum  
nonnulli arbitrabantur, sed, ut patefactum est,  
in augenda mercede consumpta est. Postea res acta  
est in Senatu alia nulla: et cum varijs rationibus  
impediretur, voluntate tamen perspecta Senatus,  
causa ad vos mense Ianu. deferebatur. 5 Hic tatum  
dissimili- interfuit inter me, et inimicos meos. 6 ego cum  
tudine inimi- corum factum suum commē  
corum fa- dat.

6 Protasis dissimilitudi- vidisse: cum integerem veteres ad  
nis. spem cædis Catilinæ copias esse reuocatas: cum vi-  
derem ex ea parte homines, cuius partis nos vel  
principes numerabamur, partim quod mihi inuide-  
rent.

rent, partim quod sibi timeret, aut proditores esse, aut desertores salutis meae: cum duo Consules empti pactione prouinciarum, autores se inimicis Rei tradidissent: cum egestate, auaritiam, libidines suas viderent expleri non posse, nisi me constrictum domesticis hostibus dedidissent: cum Senatus, Equitesq; Ro. flere pro me ac mutata ueste vobis supplicare edictis, atque imperijs vetarentur: cum omnium prouinciarum pactiones, cum omnia cum omnibus foedera, reconciliationes gratiarum, <sup>2</sup> sanguine meo sancirentur: cum omnes boni non recusarent, quin vel pro me, vel mecum perirent: armis decertare pro mea salute nolui, quod et vincere, et vincilu-  
ctuosum Reipu. fore putau. <sup>3</sup> At inimici mei men-  
se Ian. cum de me ageretur, corporibus ciuium tru-  
cidatis, flumine sanguinis meum redditum interclu-  
dendū putauerūt. Itaque cum ego abfui, eam Remp.  
habuistis, ut æquè me, atque illam restituendam pu-  
taretis. ego autem in qua ciuitate nihil valeret Se-  
natus, omnis esset impunitas, nulla iudicia, vis et  
ferrum in foro versarentur, cum priuati se parie-  
tum præsidio, non legum, tuerentur, <sup>4</sup> Tribuni pleb.  
vobis inspectantibus vulnerarentur, ad magistra-  
tuum domos cum ferro et facibus iretur, Consulis  
fasces frangerentur, <sup>5</sup> deorum immortalium templa  
incenderentur, Remp nullā esse putau. itaque ne-  
que Repub. exterminata, mihi locū in hac urbe esse  
duxī: nec si illa restitueretur, dubitau, quin me se-

<sup>1</sup> Causas vel  
efficiētes vel  
adiuvantes  
exili sui obi-  
ter enumera-  
rat.

<sup>2</sup> Metapho-  
ra à viā imis  
qua in foede-  
ribus immo-  
lari solent.

<sup>3</sup> Reddi-  
to dissimilitu-  
dinis.

<sup>4</sup> P. Sestium  
in primis in-  
telligit.

<sup>5</sup> Hoc dicit  
propter tem-  
plum Nym-  
pharū a Clo-  
dio incēsum.

**1 Argumen-**  
**ta ex cau-**  
**sis restitutio-**  
**nis lata.**

cum ipsa reduceret. An ego cùm mihi esset explo-  
ratissimum, P. Lentulum proximo anno Consulem  
futurum, qui illis ipsis Reipu. periculosisimis tem-  
poribus Aedilis curulis me Consule omnium meo-  
rum consiliorum particeps, periculorumq; socius  
fuerat: dubitarem, quin is me confectum Consulari  
bus vulneribus Consulari medicina ad salutem re-  
duceret? Hoc duce, collega autem eius clementissi-  
mo, atque optimo viro primò non aduersante, pòst  
etiam adiuuante, reliqui magistratus penè omnes  
fuerunt defensores salutis meæ. ex quibus excellèti  
animo, virtute, autoritate, præsidio, T. Annius, &  
P. Sestius, præstanti in me benevolentia, & diuino  
studio extiterunt. eodemq; P. Lentulo autore, &  
pariter referente collega, frequentissimus Sena-  
tus, uno dissentiente, nullo intercedente, dignita-

**2 Fortasse**  
Appium Præ-  
torē Clodij  
fratrem intel-  
ligit.

**3 Epilogus**  
superioris  
orationis.

tem meam quibus potuit verbis amplissimis orna-  
uit: salutem vobis, municipijs, colonijsq; omnibus  
commendauit, ita me nudum à propinquis, nulla  
cognitione munitum, Consules, Prætores, Tribu-  
pleb. Senatus, Italia cuncta semper à vobis depreca-  
ta est: deniq; omnes, qui vestris maximis beneficijs  
honoribusq; sunt ornati, producti ad vos ab eodē,  
non solum ad me conseruādum vos cohortati sunt,  
sed etiam rerum mearum gestarum autores, testes,  
laudatoresq; fuerunt. Quorum princeps ad cohorte-  
tandos vos & ad rogandos fuit Cn. Pompeius, vir  
omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia ac  
gloria

gloria princeps: qui mihi unus unius priuato amico eadem omnia dedit, quæ vniuersæ Reip. salutem, otium, dignitatem. cuius oratio fuit, quemadmo= dum accepi, tripartita. primum vos docuit, meis cō silijs Remp. esse seruatam: causamq; meam cū com muni salute coniunxit: hortatusq; est, ut autorita tem Senatus, statum ciuitatis, fortunas ciuis bene me riti defenderetis: tum in perorando posuit, vos ro gari à Senatu, rogari ab Equitibus Rom. rogari ab Italia cuncta, denique ipse ad extreum pro mea vos salute non rogauit solum, verum etiam obscrauit. Huic ego homini Quirites tantum debo, quantum hominem homini debere vix fas est. Hu ius consilia, P. Lentuli sententiam, Senatus autori tam vos secuti, in eo me loco, in quo vestris beneficijs fueram, iisdem <sup>2</sup> centurijs, quibus collocaratis, reposuistis. Eodem tempore audistis <sup>3</sup> eodem ex loco summos viros, ornatissimos atque amplissimos homines, principes ciuitatis, omnes Consulares, omnes Praetorios eadem dicere, ut omnium testimonio per me unum Remp. consciuatam esse constaret. Itaque cum P. Seruilius grauiissimus vir, & ornatissimus ciuis dixisset, opera mea Rempu. incolumē magistratibus deinceps traditam, dixerunt in eandem sententiam cæteri. sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum autoritatem, sed etiam testimonium L. Gellij: qui, quia suam classem attetatam magno cum suo periculo penè sensit, dixit in cōcio =

<sup>1</sup> Capita ora tionis à Pom peo habitæ pro Cicero ne.

<sup>2</sup> Metony mia est ex ad iunctis, Cen turijs pro cē turatijs comitijs.

<sup>3</sup> Addit alio rum erit clari simorum virorum te stimonia.

1 Iterat eundem epilogum repetitione ampliore eam nonnullorum adianctorum.  
 2 Pollicetur suum officium plebi Romana (quā per synecdochē populi nomi ne appellat.) Id autem parvū collatione declaratur. Deinde etiam vniueritatem Reip. sua opera defert.  
 3 Occurrit nonnullorum de se ipso opinioī eāq; soluit per diū similitudinē.  
 4 Municipē suū vocat Marīū, q; ex eodem munici pio esset: uterq; enim erat Arpinas.  
 5 Exēplo Marīū profitetur se ad fortitudinē & animi magnitudinē erudiri.

ne vestra: si ego Consul, cūm fui, nō fuisset, Remp. funditus interituram fuisse. 1 Enī ego tot testimoniis Quirites, hac autoritate Senatus, tanta consensione Italae, tanto studio bonorum omnium, agete P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, omnibus hominibus fauitibus, dijīs denique immortalibus, frugum ubertate, copia, utilitate, redditum meum comprobantibus, mihi, meis, Reip. restitutus, tantum vobis, quantum facere possum Quirites; 2 pollicebor: primum, quā sanctissimi homines piētate erga deos immortales esse solent, eadem me erga Pop. Rom. semper fore: numenq; vestrum & quē mihi graue, & sanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurum: dein de, quoniam me in ciuitatem Resp. ipsa reduxit, nullo me loco Reip. defuturum. 3 Quod si quis existimat, me aut voluntate esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. mihi quod potuit vis, & iniuria, & sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit: quod viro forti adimi non potest, id manet, & permanebit. Vidi ego fortissimum virum & municipem meum. C. Marium, quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate, non solum cum his, qui hæc delere voluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit: 5 eum tamen vidi, cūm esset summa senectute, non modò nō infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renato,

uato, quem egomet dicere audiui, tum se suisse miserum, cum careret patria, quam obsidione liberatusset: cum sua bona possideri ab inimicis, ac diripi audiret: cum adolescentem filium videret eiusdem socium calamitatis: cum in paludibus demersus concursu, ac misericordia Minturnensium corpus ac vitam suam conseruasset: cum parua nauicula tractatus in Africam, quibus regna ipse dederat, ad eos inops, supplexque venisset: recuperata vero sua dignitate, se non commissurum, ut cum ea, quae amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non habet, quam nunquam perdidisset. <sup>1</sup> Sed hoc inter me, atque illum interest: quod ille, qua re plurimum potuit, ea ipsa re inimicos suos vltus est, armis: ego, qua consueui, utar pietate: quoniam illi arti in bello, ac seditione locus est, huic in pace, atque otio. quam illi animo irato nihil nisi de inimicis vlciscendis agebat: ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi Resp. permittet, cogitabo. <sup>2</sup> Denique Quirites, quoniam me quatuor omnium genera hominum violarunt: unum eorum, qui odio Reipu. quod eam ipsis iniuritis conseruaram, mihi inimicissimi fuerunt: alterum, qui per simulationem amicitiae, nefariè prodiderunt: tertium, qui cum propter inertiam suam, eadem assequi non possent, inuidenter laudi, et dignitati meae: quartum, qui cum custodes Reipub. esse debuerunt, salutem meam, statum ciuitatis, dignitatem eius imperij, quod erat penes ipsis, vendiderunt: sic

<sup>1</sup> Dissimilitudinem Marij ac sui ostendit dissimilium causarū collatione.

<sup>2</sup> Distributio est inimicorum Ciceronis in quatuor genera.

vlciscar genera singula, quemadmodum à quibusq;  
sum prouocatus: malos ciues, Rempub. bene geren-  
do: perfidos amicos, nihil credendo, atque omnia ca-

uendo: inuidos, virtuti & gloriæ seruiendo: <sup>1</sup> mer-  
Gabinium catores prouinciarum, reuocando domum, atque  
notat.

<sup>2</sup> Per corre-  
ctionē redit ad gratias a-  
gendas Qui-  
ritibus & pro  
fitendam suā  
referēdæ gra-  
tia.

quam mihi maiori curæ est, quemadmodum quidem  
vobis, qui de me estis optimè meriti, gratiam refe-  
ram, quam quemadmodum inimicorum iniurias,  
crudelitatemq; persequar. <sup>3</sup> Etenim vlciscendæ in-  
iuriæ facilior ratio est, quam beneficij remuneran-

<sup>3</sup> Collatio  
est minorum  
ex minoribus  
causis, cuius  
muita sunt  
membra.

di, propterea quod superiorem esse contra impro-  
bos, minus est negotij, quam bonis exæquari: tum  
etiam nec tam necessarium quidem est, male meri-  
tis, quam optimè meritis, referre quod debeas. O-

dium vel precibus mitigari potest, vel temporibus  
Reip communiq; utilitate deponi, vel difficultate  
vlciscendi teneri, vel vetustate sedari: bene meritos  
quin colas, nec exorari fas est, neque id Reip. repe-  
tere utcunq; necesse est, neque est excusatio difficul-  
tatis, neque æquum est tempore, & die memoriam  
beneficij definire. Postremò qui in vlciscendo re-  
misiō fuit, mox apertè laudatur: at grauiſſimè

<sup>4</sup> Dissimili-  
tudo est refe-  
rende gratie  
& reddende  
pecunia ex  
dissimilibus  
adiūcīs.

vituperatur, qui in tantis beneficijs, quanta vos  
in me contulisti, remunerandis est tardior: neque  
solum ingratus, quod ipsum graue est, verum etiā  
impius appelletur necesse est. <sup>4</sup> Atque in officio  
persoluendo dissimilis est ratio, & pecunia debita,  
propterea

propterea quod pecuniam qui<sup>i</sup> retinet, non dissoluit: qui reddidit, non habet: gratiam & qui retulit,  
 habet: & qui habet, dissoluit. <sup>2</sup> Quapropter memo riam vestri beneficij colam benevolentia sempiter= na, non solum dum anima t spirabo mea, sed etiam cum mortuo monimenta vestri in me beneficij per manebunt. In referenda autem gratia hoc vobis re= promitto, semperq; præstabo, mihi neque in consilijs de Repu. capiundis diligentiam, neque in periculis à Rep. propulsandis animum, neque in sententia simpliciter referenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro Repu. lædendis libertatem, nec in preferendo labore industriam, nec in vestris com= modis augendis gratiam animi benevolentiam desu= turam. <sup>3</sup> Atque hæc cura Quirites erit infixa anni= mo meo sempiterna, ut cum vobis, qui apud me deorū immortaliū vim & numen tenetis, tum poste ciuitate videar, quæ suam dignitatem non posse tenere se, nisi me recuperasset, cunctis suffragijs iudi= cauit.

Concludit orationē offi= cijs sui poll= citatione ex causi efficiē= tibus & subis= etatu n rerū enumeratio= ne.

+ Victo= rius legit superero p.

Man. supe= rabo.

3. Studij sui finem notat.

#### G 4 O R A =

T. M. *Lo, est studi ant e mala  
non A Guad y Torijo  
Jesu  
Dicitur*

ORATIONIS PRO  
REGE DEIOTARO  
ARGUMENTVM.

DEIOTARVS Gallograeciæ & Armeniæ  
minoris Rex, bello ciuili Pompeianas,  
partes iam senex secutus, Pompeio in cam-  
pis Pharsalicis victo, in regnum se receperat,  
positisque statim armis, Cæsarem, bellum  
cum Alexandrinis, alijsque vicinis gentibus  
gerentem, pecunia, militibusq;; reconcilian-  
di eius causa adiuuerat. Hinc Cæsar deuictis  
hostibus, quum victor Romam per Gala-  
tiā rediret, occurrenti Deiotaro supplicum  
habitu, crimenq; erroris deprecāti, adempta  
regni parte ignouerat. Cæsare ita reconcilia-  
to, nō multò pōst à suo ex sorore nepote Ca-  
store, suoq; seruo ab eo corrupto Phidippo  
Medico insidiarum apud Cæsarē defertur,  
quod eū ad se in Luceū regiā diuertentē oc-  
cidere parasset. Qua re cùm vehementer Cæ-  
sar offensus esset, legati regij defensionē ad  
Ciceronem, regis hospitem & amicum detu-  
lerunt: quam is pro sua consuetudine fideq;  
suscepit, atq; hanc orationē præsente Casto-  
re, priuatim apud Cæsarem habuit. Est autē  
Oratio generis Iudicialis. Status causæ, An  
Deiotarus Cæsari insidias fecerit.

M. T.

M. T. CICERONIS  
PRO REGE DEIOTARO AD C.  
CAESAREM ORATIO.

**V**M<sup>1</sup> in omnibus causis grauioribus  
C. Cæsar initio dicendi commoueri  
soleam vehementius, quam videtur  
vel usus, vel ætas mea postulare: tū  
in hac causa ita me multa perturbant, ut, quantum  
mea fides studij mihi afferat ad salutem Regis. Deio-  
tari defendendam, tantum facultatis timor detra-  
hat. <sup>2</sup> primum dico pro capite fortunisq; Regis: <sup>2</sup> A persona  
quod ipsum et si non iniquum est, in tuo duntaxat Regis.  
periculo; tamen est ita inusitatum, Regem capititis  
reum esse, ut ante hoc tempus non sit auditum. dein  
de eum Regem, quem ornare antea cuncto cum se-  
natū solebamus pro perpetuis eius in nostram Rē-  
pub. meritis, nunc contra atrocissimum crimen co-  
gor defendere. <sup>3</sup> accedit, ut accusatorum alterius <sup>3</sup> A persona  
crudelitate, alterius indignitate perturber. crude-  
lis Castor, ne dicam sceleratum, & impium, qui ne-  
pos auum in discrimen capititis adduxerit; adolescē-  
tiæq; suæ terrorem intulerit ei, cuius senectutem  
tueri, & tegere debebat; commendationem incun-  
tis ætatis ab impietate, & scelere duxerit; cui fer-  
uum corruptum præmijs ad accusandum domi-  
num impulerit, & à Legatorum pedibus abduxerit.  
fugitiui autem dominum accusantis, & domi-

## ORATIO

nū absentem, & dominū amicissimū nostræ Reip:  
 cum os videbā, cum verba audiebam, non tā affli-  
 Etam regiā conditionem dolebam, quā de fortunis  
 cōmunitib⁹ extimescebam. nā cū more maiorum de-  
 seruo in dominum ne tormētis quidem quæri liceat  
 in qua quæstione dolor veram vocē elicere possit  
 etiā ab inuito: exortus est seruus, qui, quem in ecu-

**A persona** leo appellare non posset, eum accuset solutus. 1 per-  
**Cæsar.** turbat me C. Cæsar etiam illud interdum: quod ta-  
 men, cum te penitus recognoui, timere desino: re e-  
 nim iniquū est, sed tua sapientia fit æquissimum: nā  
 dicere apud eum de facinore, contra cuius vitā con-  
 filium facinoris inisse arguare, si per se ipsum con-  
 sideres, graue est: nemo enim ferē est, qui sui pericu-  
 li iudex non sibi se æquiorem, quā reo præbeat. sed  
 tua C. Cæsar præstans singularisq; natura hunc mihi  
 metum minuit: non enim tam timeo, quid tu de re  
 ge Deiotaro, quā intelligo, quid de te cæteros velis

**A loco.** iudicare. 2 moueor etiam loci ipsius insolētia, quòd  
 tantā causam, quāta nulla unquam in disceptatione  
 versata est, dico intra domesticos parietes, dico ex-  
 tra conuentum, & eam frequentiā, in qua oratorū  
 studia niti solent: in tuis oculis, in tuo ore, vultuq;  
 acquiesco: te unum intueor: ad te unum omnis mea  
 spectat oratio: quæ mihi ad spem obtinendæ verita-  
 tis grauissima sunt, ad motum animi, & omnem im-  
 petum dicendi, contentioneriq; leuiora: hanc enim  
 C. Cæsar causam si in foro dicerem eodem audiē-  
 te, e

te, & discipiente te, quantam mihi alacritatem populi R. concursus afferret? quis enim ciuis ei Regi non faveret, cuius omnem etatem in populi Rom. bellis consumpta esse meminisset? spectarem curiam, intuerer forum, coelum denique testarer ipsum. sic, cum & deorum immortalium, & populi R. & senatus beneficia in Regem Deiotarum recordarer, nullo modo mihi deesse posset oratio. quae quoniam angustiora parietes faciunt, actioque causae maxime debilitatur loco: tuum est Cæsar, qui pro multis saepe dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre, quo facilius tum æquitas tua, tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam.

Sed antequam de accusatione ipsa dico, de accusatorum spe pauca dicam. qui cum videantur neque ingenio, neque usu, atque exercitatione rerum valere, tamen ad hanc causam non sine aliqua spe, & cogitatione venerunt iratum te Regi Deiotaro fuisse, non erant nescij: affectum illum quibusdam incommodis, & detrimentis propter offenditum animi tui, meminerant: teque cum huic iratum, tum sibi amicum cognouerant: cumque apud ipsum te de tuo periculo dicerent, fore putabant, ut in exuletate animo facile factum crimen insideret. quamobrem hoc nos primum metu C. Cæsar per fidem, & constantiam, & clementiam tuam libera, ne residere in te ullam partem iracundiæ suspicemur. per dexteram te ista oro, quæ Regi Deiotaro hospes

Remouet  
offensionem  
Pompeiana-  
rum partium  
priuqua ad  
causam acce-  
dat.

hos̄p̄es hospiti porrexisti; istam, inquam, dexteram;  
 non tam in bellis, & in p̄l̄ijs, quam in promissis,  
 & fide firmiore. tu illius domum inire, tu vetus  
 hospitium renouare voluisti: te eius Dij penates ac-  
 ceperunt: te amicum, & placatum Deiotari Regis  
 aræ fociq; viderunt. cum facile exorari Cæsar, tum  
 semel exorari soles. nemo unquam te placauit ini-  
 micus, qui ullas resedisse in te simultatis reliquias  
 senserit. quanquam cui sunt inauditæ cum Deiotar=ro  
 querele tuæ? nunquam tu illum accusauisti ut  
 hostem, sed ut amici officio parum functum, quod  
 propensior in Cn. Pompeij amicitiam fuisse, quam  
 in tuam. cui tamen ipsi Regi veniam te daturum  
 fuisse dicebas, si tum auxilia Pompeio, vel si etiam  
 filium misisset, ipse tamen excusatione ætatis usus  
 esset. itaq; cum maximis eum rebus liberares, per-  
 paruam amicitie culpam relinquebas. itaq; non so-  
 lum in eum non animaduertisti, sed omni metu libe-  
 rauisti, hospitem agnouisti, Regem reliquisti: neq;  
 enim ille odio tui progressus, sed errore communi-

<sup>1</sup> Purgat er-  
 rorem & pru-  
 dentiam De-  
 iotari.

lapsus est. <sup>1</sup> is Rex, quem senatus hoc nomine sepe  
 honorificentissimis decretis appellauisset, quiq; il-  
 lum ordinem ab adolescentia grauissimum sancti-  
 sumq; duxisset, ijsdem rebus est perturbatus, ho-  
 mo longinquus, & alienigena, quibus nos in media  
 Rep. nati, semperq; versati. cum audisset senatus  
 consentientis auctoritate arma sumpta, Consuli-  
 bus, Prætoribus, Tribunis pl. nobis imperatoribus  
 Remp.

Remp. defendendam datam: mouebatur animo, & vir huic imperio amicissimus de salute populi Ro. extimescebat, in qua etiam suam inclusam esse videbat: in summo tamen timore quiescendum sibi esse arbitrabatur. maxime vero perturbatus est, ut diuit Consules ex Italia profugisse, omnesq; Consulares, (sic enim nunciabatur) cunctum senatum, totam Italiam esse effusam: talibus enim nuncijs, & rumoribus patebat ad orientem via, nec ulli veri subsequebantur. nihil ille de conditionibus tuis, nihil de studio concordiae, & pacis, nihil de conspiratione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam. quæ cum ita essent, tamen usque eò se tenuit, <sup>1</sup> quoad à Cn. Pompeio ad eum legati literæq; venerunt. ignosce, ignosce Cæsar, si eius viri auctoritati Rex Deiotarus cessit, quem nos omnes secutis sumus, in quem cum dij, atque homines omnia ornamenta concessissent, tum tu ipse plurima, & maxima: neque enim, si tuæ res gestæ cæterorum laudibus obscuritatem attulerunt, idcirco Cn. Pompeij memoriam amisimus. quantum nomen eius fuerit, quantæ opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti honores populi Romæ. quanti senatus, quanti tui, quis ignorat? tanto ille superiores vice rat gloria, quanto tu omnibus præstitisti. itaque Cn. Pompeij bella, victorias, triumphos, Consulatus admirantes numerabamus, tuos enumerare non possumus. ad eum igitur Rex Deiotarus venit hoc misero

<sup>1</sup> A Pompeij autoritate.

## O R A T I O

misero fataliꝝ; bello, quem ante iustis hostilibusꝝ;  
bellis adiuuerat, quocum erat non hospitio solū,  
verum etiam familiaritate coniunctus: & venit  
vel rogatus, ut amicus; vel aeceritus, ut socius; vel  
euocatus, ut is, qui senatui parere didicisset: postre  
mo venit ut ad fugientem, non ut ad insequentem,

**A** m̄-ritis id est ad periculi, non ad victoriae societatem. itaq;  
erga Cesarē Pharsalico prelio facto, à Pompeio discessit: spem  
Post Pharsali infinitam persequi noluit: vel officio, si quid debue-  
rat, vel errori, si quid nescierat, satisfactū esse du-  
xit: domum se contulit: teq; Alexandrinum bellum  
gerente, utilitatibus tuis paruit. ille exercitum Cn.  
Domitiū, amplissimi viri, suis teetis, & copijs suste-  
tauit: ille Ephesum ad eum, quem tu ex tuis fidelissi-  
mum & probatissimum omnibus delegisti, pecunia  
misit: ille iterū, ille tertio auctionibus factis pecu-  
niā dedit, qua ad bellum vtereris: ille corpus suū pe-  
riculo obiccit, tecumq; in acie contra Pharnacem

**2** Venit ad  
eritem insi-  
diarum & vo-  
luntatem ei⁹  
remouet à  
Deiotaro plu-  
ribus argu-  
mentis qua  
primo con-  
gregat: dein  
de quadam  
particularim  
persequitur.

fuit, tuumq; hostem esse duxit suū. 2 que quidē à te  
in ea partem accepta sunt C. Cesar, vt eum ampli-  
simo Regis honore, & nomine affeceris. is igitur  
non modò à te periculo liberatus, sed etiam honore  
amplissimo ornatus, arguitur domi te sue interface  
re voluisse. quod tu, nisi eum furiosissimum iudicas  
suspiciari profecto non potes. vt enim omittam, cu  
ius tanti sceleris fuerit, in conspectu deorum pena-  
tium necare hospitem; cuius tantæ importunita-  
tis, omnium gentium, atque omnis memoria claris-  
simum

sumum lumen extinguere; cuius tantæ ferocitatis,  
 victorem orbis terrarum non extimescere; cuius  
 tara inhumani, & ingrati animi, à quo Rex appellatus  
 esset, in eum tyrannum inueniri: ut hæc omit-  
 tam, cuius tanti furoris fuit, omnes Reges, quorum  
 multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes  
 socios, omnes prouincias, omnia deniq; omnium ar-  
 ma contra se unum excitare? quonā ille modo cum  
 regno, cum domo, cū coniuge, cum charissimo filio  
 distractus esset, tanto scelere non modo perfecto,  
 sed etiam cogitato: <sup>1</sup> at, credo, hæc homo inconsul-  
 tus, & temerarius non videbat. quis consideratior  
 illo? quis tectior? quis prudentior? quanquam hoc lo-  
 co Deiotarum non tam ingenio, & prudētia, quam  
 fide, & religione vita defendendum puto nota tibi  
 est C. Cæsar hominis probitas, noti mores, nota con-  
 stantia. cui porrò, qui modo populi R. nomen audi-  
 uit, Deiotari probitas, integritas, grauitas, virtus,  
 fides non sit audita: quod igitur facinus nec in ho-  
 minem imprudentem cadere posset propter metum  
 præsentis exitij, nec in facinorosum, nisi esset idem  
 amentissimus: id vos & à viro optimo, & ab ho-  
 mine minime stulto cogitatum esse configitis: at  
 quam non modo non credibiliter, sed ne suspiciose  
 quidem. <sup>2</sup> cum, inquit, in castellum Luceum ve-  
 nisses, & domū Regis hospitis tui diuertisses, locus  
 erat quidā, in quo erant ea cōposita, quibus Rex te  
 munerae constituerat. huc te ē balneo, prius quam  
 accumberes,

1 A persona  
 Deiotari.  
 2 Infirmatē  
 minationem  
 aduersarij,  
 quam ut si-  
 etam verbis  
 ipsius ponit.  
 Fictam autē  
 ostēdit quod  
 id quo argui-  
 tur, tutius &  
 alio modo sic  
 ripotuerit.  
 Itaque cū  
 rens spem ca-  
 landi & im-  
 punitatis se-  
 quutus nō sit  
 non esse cre-  
 dibile, insi-  
 dias ab eo es-  
 se factas.

accumberes, ducere volebat: ibi enim erant armati,  
 qui te interficerent, in eo ipso loco collocati. encri  
 men, en causa, cur Regem fugitiuum, dominum ser=   
 uus accuset. ego me hercule C. Cæsar initio, cum est  
 ad me ista causa delata, Phidippum medicum ser=   
 uum regium, qui cum Legatis missus esset, ab isto  
 ipso adolescente existimauit esse corruptum. hac su  
 spicione sum percussus: medicum indicem suborna  
 bit, finget videlicet aliquod crimen veneni. et si à ve  
 ritate longe, tamen à consuetudine criminandi non  
 multum res abhorrebat. quid ait medicus? nihil de  
 Alia repre  
veneno. at id fieri potuit: primo occultius in potio=   
 nis ex euen= ne, vel in cibo, deinde etiam impunius fit, quod cum  
 tu rei. Nam si est factum, negari potest. si palam te interemisset,  
 insidijs para= omnium in se gentium non solum odia, sed etiam ar=   
 te erant, quo ma conuertisset: si veneno, Iouis illius quidem Ho=   
 modo euasit spitalis numen nunquam celare potuisset, homines  
 Cæsar? euasit vero fortasse celauisset. quod igitur & occultius  
 autem: falsum  
 igitur crimē.  
 Quod est ar= conari, & efficere cautius potuit, id tibi, & medi=   
 gumentū ex co callido, & seruo, ut putabat, fideli non credidit,  
 euētis. Nam de armis, de ferro, de insidijs celare te noluit? at  
 his cessanti= quām festiuē crimen contexitur. <sup>1</sup> Tuāte, inquit, ea  
 bus & cause defuisse in= dem, quā semper, fortuna seruauit. negauisti tum  
 telliguntur. Inserit locū te inspicere velle. quid postea? an Deiotarus, re illo  
 benevolentia, tempore non perfecta, continuo dimisit exercitum?  
 quem exēplo nullus erat aliis insidiandi locus? at eodem te, cum  
 amplificari: & cœnauisses, redditurum dixeras: itaq; fecisti. horam  
 ex eodē pro fert signa in unam aut duas eodem loco armatos, ut collocati  
 nocentie. fuerant,

Fuerant retinere magnum fuit: cum in coniuicio co-  
mitem, & iucundè fuisses, tum illuc iuisti ut dixeras.  
quo in loco Deiotarum talem erga te cognouisti,  
qualis Rex Attalus in P. Africanū fuit: cui magni-  
ficentissima dona, ut scriptū legimus, usque ad Nu-  
mantiam misit ex Asia: quæ Africanus inspectante  
exercitu accepit. quod cum præsens Deiotarus re-  
gio & animo, & more fecisset, tu in cubiculum di-  
scessisti. obsecro C. Cæsar repeate temporis illius me-  
moriā: pone illum ante oculos diem: vultus homi-  
num te intuentium, atque admirantium recordare.  
num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid,  
nisi moderatè, nisi quietè, nisi ex hominis grauissi-  
mi, & sanctissimi disciplina? quid igitur causæ ex-  
cogitari potest, cur te lautum voluerit, coenatum  
noluerit occidere in posterum, inquit, diem distu-  
lit, ut, cum in castellum Luceium ventum esset, ibi  
cogitata perficeret. non video causam loci mutan-  
di: sed tamen acta res criminose est. cum, inquit, vo-  
mere post coenam velle te dixisses, in balneum te  
ducere coeperunt: ibi enim erant insidiae. at te ea-  
dem tua fortuna seruauit: in cubiculum te ire mal-  
le dixisti. dij te perdant fugitiue: ita non modò ne-  
quam & improbus, sed & fatuus, & amens es.  
quid? ille signa & ænea in insidijs posuerat, quæ ē  
balneo in cubiculum transferri non possent? ba-  
bes crimina insidiarum: nihil enim dixit amplius. 3  
horum, inquit, eram conscius. quid tum? ita demens

1 Persequi-  
tur reliquum  
ordinē crimi-  
nationis quæ  
sicut ante re-  
prehēdit, ne-  
gans euadere  
potuisse Cæ-  
sarem, si fuis-  
sent insidie  
collocatæ.

2 Id est ho-  
mines arma-  
tos sine sen-  
su.

3 Er hoc re-  
felli& facit  
incredibile  
ex persona  
Deiotari.

## O R A T I O

ille erat, ut eum, quem consciū tanti sceleris habēbat, à se dimitteret? Romam etiam mitteret, ubi ex inimicissimum sciret esse nepotem suum, & C. Cæsarem, cui fecisset insidias, præsertim cum is unus esset, qui posset de absente se vindicare? & fratres meos, inquit, quòd erant consciij, in vincula coniecit. cum igitur eos vinciret, quos secum habebat, te solutum Romam mitterebat, qui eadem scires, quæ illos scire dicis.

<sup>1</sup> Respondebat ad alterā partē accusatiōnis, de animo Deiotari erga Cæsarē, & de exercitu quem negat comparata fuisse contra Cæsarem.

<sup>2</sup> Refellit ob ieiacionē: Cælium autem intelligit Pōpeianū quemdam inimicū Cæsaris, quem cōtemnit, ut rem paciū verisimilem faciat.

autem quod misit ad Cæliū nescioquem, sed eos, quos misit, quòd ire noluerunt, in vincula coniecit. non quero, quām verisimile sit, aut non habuisse Regem, quos mittebat; aut eos, quos misisset, nō paruisse; aut, qui dicto audientes in tanta re nō fuissent, eos vincitos potius, quām necatos fuisse. sed tamen cum ad Cælium mitterebat, utrum causam illam victimam esse nesciebat, an Cælium istum magnum hominem putabat? quem profectō is, qui optime nostros homines nouit, vel quia non nosset, vel si nosset, contemneret. addidit etiam

etiam illud, equites non optimos misisse tibi. veteres, credo, cæsar: nihil ad tuum equitatum: sed misit ex ijs, quos habuit, electos. ait nescio quem ex eo numero seruum iudicatum. non arbitror: non audiui, sed in eo, etiam si accidisset, culpam Regis nullam fuisse arbitrarer. alieno autem à te animo fuit: quo modo sperauit, credo, difficiles tibi Alexandriae fore exitus propter regionis naturam & fluminis. at eo ipso tempore pecuniam dedit, exercitum aluit; quem Asiae præfeceras, ei nulla in re desuit: tibi viae etori non solum ad hospitium, sed ad periculum etiam, atque ad aciem præsto fuit. secutum est bellum Africanum. graues de te rumores sparsi, qui etiam furiosum illum Cælium excitauerunt. quo tum erga te Rex animo fuit, qui auctionatus sit, seseque & filium suum expoliare maluerit, quam tibi pecuniā non subministrare: at eo, inquit, tempore ipso Niceam, Ephesumque mittebat, qui rumores Africanos exciperet, & celeriter ad se referreret. itaque cum esset ei nunciatus, Domitiū naufragio perisse, te in castello circunsideri de Domitio dixit versum Græcum eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum: <sup>2</sup> Pereant amici, dum una inimici intercidant: quod ille, si esset tibi inimicissimus, nunquam tamen dixisset: ipse enim māsuetus, versus immanis. qui autem Domitio poterat esse amicus, quoniam tibi esset inimicus? tibi porrò inimicus cur esset, à quo, cum vel interfici belli lege potuisset, Regē & se & filium suum cōstitutos

<sup>1</sup> Negat animo alieno fuisse à Cæsare, idque probat ex meritis Deiotari.

<sup>2</sup> Vide Eras. in Chiliad.  
<sup>3</sup> Refellit aliam calumniā à moribus Deiotari, quos modestos & frugales commemerat.

esse meminisset? quid deinde, furcifer quo progres-  
 ditur? ait hac lætitia Deiotarum elatum, vino se  
 obruisse, in conuiuioq; nudum saltauisse. quæ crux  
 huic fugitiuo potest satis supplicij afferre? Deiota-  
 rum saltantem quisquam, aut ebrium vidi unquā?  
 omnes sunt in illo regiæ virtutes, quod te Cæsar  
 ignorare non arbitror, sed præcipue singularis &  
 admiranda frugalitas. et si hoc verbo scio laudari  
 Reges non solere. frugi hominem dici, nō multum  
 habet laudis in Rege: fortē, iustum, seuerum, gra-  
 uem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem,  
 hæ sunt regiæ laudes: illa priuata est. ve volet, quis=  
 que accipiat: ego tamen frugalitatem, id est mode-  
 stiam & temperantiam, virtutem esse maximam iu-  
 dico. hæc in illo est ab incunte ætate tum à cuncta  
 Asia, tum à magistratibus Legatisq; nostris, tum  
 ab equitibus R. qui in Asia negotiati sunt, perspe-  
 cta & cognita. multis ille quidem gradibus officio-  
 rum erga Remp. nostram ad hoc regium nomē ascē-  
 dit: sed tamen quidquid à bellis populi R. vacabat,  
 cum hominibus nostris consuetudines, amicitias,  
 res, rationesq; iungebat: ut non solum Tetrarcha  
 nobilis, sed optimus paterfamilias, & diligentissi-  
 mus agricola, & pecuarius haberetur. qui igitur  
 adolescens nōdū tantæ gloria præditus nihil unquā  
 nisi seuerissimè & grauissimè fecerit, is ea existi-  
 matione, eaq; ætate saltauit? imitari potius Castor  
 cui tui mores disciplinamq; debebas, quam optimo

Et clarissimo viro fugitiui ore maledicere.<sup>1</sup> quod si saltatorem auum habuisses, neque eum virum, unde pudoris, pudicitiae exempla peterentur: tamen hoc maledictum minime in illam etatem conueniret. quibus ille studijs ab ineunte etate se imbuerat, non saltandi, sed bene ut armis, optimè ut equis uteatur: ea tamen illum cuncta iam etate exacta defecerat. <sup>2</sup> itaque Deiotarum cum plures in equum sustulissent, quod hærere in eo senex posset, admirari solebamus. hic vero adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit, cum in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus, quos unā cum eo ad Pompeium pater misserat, quos concursus facere solebat: quam se iactare: quam se ostentare: quam nemini in illa causa studio et cupiditate concedere: cum vero, exercitu amisso, ego, qui pacis auctor semper fui, post pharsalicum autem prælium suasor fuisset armorum non deponendorum, sed abiiciendorum, hunc ad meam auctoritatem non potui adducere, quod et ipse ardebat studio ipsius belli, et patri satisfaciendum esse arbitrabatur. felix ista domus, quæ non impunitatem solum adeptas, sed habet etiam accusandi licentiam: calamitus Deiotarus, qui ab eo, qui in iisdem castris fuerit, non modo apud te, sed etiam a suis accusetur. vos vestra secunda fortuna Castor non potestis sine propinquorum calamitate esse contenti. sint sane inimicitiae, quæ esse non debebāt: <sup>3</sup> Rex enim Deiotar-

<sup>1</sup> Inuehitur in Castorem, qd hanc cotu meliam obij ciat auo.

<sup>2</sup> Facit invidiā & in ea dē cauā qua arguitur Deiotarus: Castore quoq; effensiō Cæ faris. obijcit.

<sup>3</sup> Infectatur ingratiudi nis vitiura, & amplificat ac cusationis dignitatem a propinquitate.

## ORATIO

rūs vestram familiam abiectam, & obscuram ē te-  
 nebris in lucem vocauit. quis tuum patrem antea,  
 qui eset, quam cuius gener eset, audiuit? sed quam=  
 uis ingrate & impie necessitudinis nomen repudia-  
 retis, tamen inimicitias hominum more gerere potे  
 ratis, non facto criminе insectari, non expetere vi=br/>
 tam, non capitis arcessere. esto, cōcedatur hēc quo=br/>
 que acerbitatis, & odij magnitudo. adeò ne, ut etiā  
 omnia vitæ, salutisq; communis, atque etiam huma-  
 + promis= nitatis iura violentur: seruū solicitare verbis, spe, +  
 sisq; præmijsq; corrumpere, + adducere domo , contra  
 + adducere dominum armare, hoc est non vni propinquo , sed  
 domum. omnibus familijs bellum nefarium indicere. <sup>1</sup> nam  
 + A cōmuni ista corruptela serui si non modo impunita fuerit,  
 periculo, & res exemplo sed etiam a tanta auctoritate approbata, nulli, nulli  
 malo futura parietes nostram salutem, nullæ leges, nulla iura cu-  
 stodient: ubi enim id, quod intus est, atque nostrum,  
 impune euolare potest, contraq; nos pugnare ; fit  
 + A dissimili in dominatu seruitus, in seruitute dominatus. <sup>2</sup> ô  
 exemplo. tempora, ô mores: Cn. Domitius ille, quem nos pue=br/>
 ri Consulem, Censorem, Pontificem maximum vi=br/>
 dimus, cum Tribunus pl. M. Scaurum principem  
 ciuitatis in iudicium populi vocauisset, Scaurijs;  
 seruus ad eum clam domum venisset, & criminis in  
 dominum delaturum se esse dixisset, comprehendi  
 + Auger exē hominem iusfit, ad Scaurumq; deduci. <sup>3</sup> vide, quid in  
 pli yim con- tersit: et si inique Castorem cum Domitio comparo:  
 remissit, tu ab auro ab=duxisti:

auxisti: ille incorruptum audire noluit, tu corrupsti: ille adiutorem seruum contra dominum repudiavit, tu etiam accusatorem adhibuisti. <sup>1</sup> at semel iste est corruptus à vobis: nonne, cum esset productus testis, & cum tecum fuisset, refugit ad Legatos: nō= ne etiam ad hunc Cn. Domitium venit: nonne audiē te hoc Ser. Sulpitio, clarissimo viro, qui tum casu apud Domitiū cœnabat, & hoc T. Torquato, optimo adolescente, se à te corruptum, tuis promissis in fraudem impulsu esse confessus est? <sup>2</sup> quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? iccirco in hanc urbem venisti, ut huius urbis iura, & exempla corrumperes, domesticaque tua inhumanitate nostræ ciuitatis humanitatem inquires? <sup>3</sup> at quam acute collecta crimina? Blesamius, inquit, (eius enim nomine optimi hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi) ad Regem, inquit, scribere solebat, te inuidiose tyrannum existimari, statua inter reges posita animos hominum vehementer offensos, plaudi tibi non solere. nonne intelligis Cæsar, ex urbanis malevolorum sermunculis hæc ab istis esse collecta? Blesamius tyrannum Cæsarem scriberet? multorum enim ciuium capita viiderat: multos iussu Cæsaris vexatos, verberatos, necatos: multas afflictas & eucras domos: armatis militibus refertū forū: que semper in ciuili victoria sensimus, eate victore nō vidimus. solus, inquam, es C. Cæsar, cuius in victoria ceciderit nemo nisi

<sup>1</sup> Auget inuidia corrupti serui à corruptoris pertinacia.

<sup>2</sup> Aspera obiurgatio.

<sup>3</sup> Inuertit inuidia criminacionis in delatore, & ut augeat offenditione, elemosiam Cæsaris commemorat.

armatus: ex quem nos liberi in summa Reip. libera-

1 Facit inrete nati non modò non tyrannum, sed etiam clemē  
dibilemducē  
in Blesamio.  
2 Vide mirā qui viuit in regno, tyrannus videri potest? nam de  
interpretatio  
nē eius quod  
dissolui non  
potest.

3 Extrema  
pars defensio  
nis qua ne  
quid metuat  
Cæsar, confir-  
mat ab eo De  
iotorum pro-  
pter hanc mi-  
nationē mini-  
me alienatū  
esse, sed cum  
beneficiorū  
magnitudi-  
ne, tum ipsi⁹  
propria vir-  
tute aut mo-  
deratiōe per-  
petuo esse de-  
uinatum.

+ Quæ mi- à te multatum arbitratur; sed, cum existimaret  
nus assequi multis tibi multa esse tribuenda, + quo minus à se,  
in altera parte posse tuisset, ea sumeres, non recusa-  
uit. etenim si Antiochus, magnus ille Rex Asiac,  
tuisset, ea cum, postea quam à Scipione deuictus, Tauro tenus  
sumeres ab regnare iussus esset, omnemq; hanc Asiam, quæ est  
illo, non re nunc nostra prouincia, amisisset, dicere est solitus,  
cuspauit.

tua, cuius trophæis non inuidemus. nam si locus  
affert inuidiam, nullus locus est ad statuam quidem  
rostris clarior. de plausu autem quid respondeam?  
qui nec desideratus unquam à te est, & nonnun-

quam obstupefactis hominibus ipsa admiratione  
compressus est, & fortasse eò prætermisssus, quia  
nihil vulgare te dignum videri potest. 3 Nihil à  
me arbitror prætermisssum, sed aliquid ad extre-  
mam causæ partem reseruatum. id autem aliquid  
est, te vt planè Deiotaro reconciliet oratio mea:  
non enim iam metuo, ne tu illi succenseas: illud ve-  
reor, ne tibi illū succensere aliquid suspicere. quod  
abest longissimè, mihi crede Cæsar. quid enim re-  
tineat per te, meminit, non quid amiserit: neque se

magna

magna procuratione liberatus , modicis regni ter-  
minis uteretur: potest multò facilius se Deiotarus  
consolari : ille enim furoris mulctam sustinuerat,  
hic erroris . omnia tu Deiotaro Cæsar tribuisti, cū  
et ipsi et filio nomen regium concessisti . hoc no-  
mine retento atque conseruato, nullum beneficium  
populi R. nullum iudicium de se senatus imminu-  
tum putat: magno animo et erecto est , nec unquam  
succumbet inimicis, ne fortunæ quidem . multa se ar-  
bitratur et peperisse antea factis, et habere in ani-  
mo atque virtute, quæ nullo modo possit amittere:  
quæ enim fortuna, aut quis casus, aut quæ tanta pos-  
sit iniuria omnium imperatorum de Deiotaro de-  
creta delere? ab omnibus enim est ornatus, qui, post  
quam in castris esse potuit per ætatem, in Asia, Cap-  
padocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella gesserunt. sena-  
tus verò iudicia de illo tam multa, tamq; honorifi-  
ca, quæ publicis populi Rom. literis monimentisq;  
consignata sunt, quæ unquam vetustas obruet, aut  
quæ tanta delebit obliuio? quid de virtute eius di-  
cam? quid de magnitudine animi, grauitate, constan-  
tia? quæ omnes docti atque sapientes summa, quidā  
etiam sola bona esse dixerunt, hisq; non modò ad be-  
ne, sed etiam ad beatè viuendum contentam virtu-  
tem esse. hæc ille reputans, et dies et noctes cogi-  
tans, non modò tibi non succenset, ( esset enim non  
solum ingratus, sed etiam amens ) verùm omnem  
tranquillitatem, et quietem senectutis acceptam

# ORATIO

refert clementia tuae quo quidem animo cum antea fuerit, tum non dubito quin tuis literis, quarum ex exemplum legi, quas ad eum Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omniq; solicitudine abstraxerit: iubes enim eum bene sperare, & bono esse animo: quod scio te non frustra scribere solere: memini enim ipsam ferè verbis ad me te scribere, meq; tuis literis bene sperare non frustra esse iussum.

**a** Profert officium suum mihi amicitiam Resp. conciliauit, hospitium voluntas utriusq; coiunxit, familiaritatē cōsuetudo attulit, summam vero necessitudinē magna eius officia in me & in exercitū meū effecerunt: sed cum de illo labore, tum de multis amplissimis viris, quibus semel esse ignotū à te oportet, nec beneficiū tuū in dubium vocari, nec hærere in animis hominū solicitudinem sempiternam, nec accidere, ut quisquam te timere incipiat eorum, qui semel à te sint liberati.

**z** Peroratio, more. **z** non debeo C. Cæsar, quod fieri solet in tanta qua breviter postulat misericordia cordiam tuam commouere possim: nihil opus est: pro Rege, & occurrere ipsa solet supplicibus, & calamitosis legationem nullius oratione euocata. propone tibi duos Reges; & id animo contēplare, quod oculis non potes: das profectò misericordie, quod iracundiae negasti. multa sunt tuae clementiae monumenta, sed maxime eorum incolmitates, quibus salutē dedisti. quae si in priuatis gloriose sunt, multo magis cōmemora buntur.

buntur in Regibus. semper regium nomen in hac ciuitate sanctum fuit, sociorum vero Regum & amicorum sanctissimum. quod nomen, hi Reges ne amitterent, te victore timuerunt: retentum vero, & à te confirmatum, posteris etiam suis tradituros esse cōfido. corpora vero sua pro salute Regum suorum hi Legati tibi regij tradunt, Hieras, & Blesamius, & Arrigonius, tibi nobisq; omnibus iam diu noti, eadē q; fide & virtute prædictus Dorylaus, qui nuper cū Hiera Legatus est ad te missus; tum Regum amicissimi, tum tibi etiam, ut spero, probati. 2 exquire de Blesamio, nū quid ad Regē contra dignitatem tuā scripserit. Hieras quidē causam omnem suscipit, & criminibus illis pro Rege se supponit reum: memoriā tuā implorat, qua vales plurimū: negat unquam se à te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse: in primis finibus tibi se præsto fuisse dicit, usq; ad ultimos prosecutum: cum ē balneo exisses, tecum se fuisse, cum illa munera infexisses coenatus, cum in cubiculo recubuisses, eandemq; assiduitatem tibi se præbuisse postridie. quamobrem, si quid eorum, quæ obiecta sunt, cogitatum sit, non recusat, quin id factinus suum iudices. 3 quo circa C. Cæsar velim existimes, hodierno die sententiam tuam aut cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse Regibus, aut in columem famam cū salute. quorum alterum optare, illorum crudelitatis est: alterum conseruare, clementiæ tue.

<sup>1</sup> Pater & filius scilicet

<sup>2</sup> Relpicit ad causam & obiter testimoniū conficit.

<sup>3</sup> Concludit a clementia Cæsaris, quæ tribuendam esse regibus monet.

S E C V N D A E I N M.  
ANTONIVM PHILIPPICAE  
A R G V M E N T U M.

**M**. Antonius, Cæsar is in Consulatu Col  
lega, Cæsare cæso, regio planè domi-  
natu Romæ omnia tractabat. Id videns Cice-  
ro, neque sibi satis virium ad ei tunc resisten-  
dum esse ducens, Athenas iter instituit, vt à  
patriæ suæ calamitate tantisper abesset, dum  
aliqua spes recuperandæ reip. ostenderetur.  
Itaque vix in Siciliam delatus, propter nouū  
nuncium cupidè auditum, Romam iterum  
reuersus est. Postridie verò eius diei quo Ci-  
cero urbem ingressus fuerat, Antonius Sena-  
tum habuit, de supplicationibus Cæsari fa-  
ciendis. Ad hunc ab Antonio Cicero euoca-  
tus, vel ob metum, vel ob valetudinem veni-  
re renuit. Quod Antonius molestè ferens,  
pluribus eum probris lacessiuit. Postera verò  
die cùm in Senatum Cicero venisset, supe-  
riorem absente Antonio orationem habuit,  
qua de eius in se iniuria questus fuit. Qua  
cùm commotus grauissimè Antonius fuis-  
set, pòst dies aliquot in Senatum veniens, o-  
ratione multos dies in villa Metelli medita-  
ta, in Ciceronem furiosè inuectus infinitis  
maledictis lacerauit. Cicero tunc ei propter  
Antonij

Antonij armatos milites nihil respondit. Ve  
rūm paucis pōst diebus Senatu militum prē  
sidijs, & Octauij, quem Cæsar hæredem scri  
pserat, copijs confirmato, Antonio, eiusque,  
maledictis hac oratione in Senatu respōdit.  
Est autem hæc oratio exemplum perfectæ;  
omnibusque numeris absolutæ in Epidi  
ctico, id est, Demonstratiuo genere eloquen  
tiæ. Status est qualitatis: nam quæritur. Sitne  
talis Antonius, qualis à Cicerone ostéditur.

## M. T. C I C E R O N I S IN M. ANTONIVM PHILIPPI CA SEC V N D A.

**Q**VONAM<sup>1</sup> meo fato P. C. fieri di  
cam, vt nemo his annis viginti  
Reip. hostis fuerit, qui non bellum  
eodem tempore mihi quoque indi  
xerit. <sup>2</sup> nec verò necesse est à me  
quenquam + nominari: vobiscum ipsi recordam  
ni. mihi pœnarum illi plus, quam optarem, dederūt. ipsi recor  
te miror Antoni, quorum facta imitere, eorum exti  
tus non perhorrescere. atque hoc in alijs minus mi  
rabar: nemo illorum mihi inimicus fuit voluntas  
rius: <sup>3</sup> omnes à me Reip. causa lacesisti, tu, ne ver  
bo quidem violatus, vt audacior, quam L. Catilina,  
furiosior, quam P. Clodius viderere, ultrò maledi  
ctis me

<sup>1</sup> Exorditis  
ab exposicio  
ne infortunij  
sui cum ad  
miratione &  
indignatio  
ne.

<sup>2</sup> Occupatio  
+ nominat  
io: vobiscū  
ri: vobiscū  
demini.

<sup>3</sup> Benevolen  
tiā capitat, q  
vltro ab An  
tonio sit pro  
uocatus: cui  
respondere  
cogatur.

PHILIPPICA

etis me lacesisti, tuamq; à me alienationē, cōmen= dationē tibi gloriæ ad impios ciues fore putauisti. quid putem⁹ contemptum ne me⁹ non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenij quid despicere possit An-

**T** facillimē tonius. an in senatu & facile de me detrahi posse cre detrahi. didit, qui ordo clarissimis ciuib; bene gestæ Reip. testimonium multis, mihi vni conseruata dedit? an decertare mecum voluit contentionē dicendi? hoc quidem beneficium est: quid enim plenius, quid vbe rius, quam mihi & pro me, & contra Antonium

**2** Propositio dicere? illud profecto est. nō existimauit sui simili bus probari posse, se esse hostē patriæ, nisi mihi es set inimicus. **2** cui prius quā de cæteris rebus respo sionis.

**3** Primūcri- mē Ciceroni ab Antonio obiectum. Contra rem suam me nescio quando ve

nisse, questus est. an ego non venirem contra alie num pro familiari, & necessario meo? non venirem contra gratiam, non virtutis specie, sed etatis flore collectam? non venirem contra iniuriam? quā iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure prætorio? sed hoc idcirco commemoratum à te puto, ut te infimo ordini commendares, cum te omnes recordarentur libertini generum, & libe-

**3** Secunda ob iectio Anto- rostuos nepotes Q. Fadij libertini hominis fuisse. At enim te in disciplinā meā tradideras (nam ita di

xisti) domum meam ventitaras. nœ tu, si id fecisses,

melius

melius famæ, melius pudicitiae tue consuluisse: sed  
 nec fecisti, nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem  
 facere licuisset. 1 Auguratus petitionem mihi te cō  
 cessisse dixisti. ò incredibilem audaciam: ò impuden-  
 tiā p̄diciādām: 2 quo enim tēpore me Augerē 2 Confusio  
 à toto collegio expetitum Cn. Pōpeius, & Q. Hor-  
 tensius nominauerūt, (neq; n. licebat à pluribus no-  
 minari) tu nec soluendo eras, nec te ullo modo nisi  
 cuersa Rep. incolumē fore putabas. poteras autē eo  
 tēpore Auguratū petere, cum in Italia Curio non  
 esset: aut tū, cū es factus, vñā tribū sine Curione fer-  
 re potuisses? 3 cuius etiā familiares de vi cōdēnati 3 Ambiti Am-  
 sunt, quòd tui nimis studiosi fuissent. 4 At beneficio tonij notat.  
 sum usus tuo. quo? quanquā illud ipsum, quod cōme 4 Quarta ob-  
 iectio.  
 moras, semper p̄e me tuli. malui me tibi debere cō  
 fiteri, quā cuiquā minus prudenti non satis gratus  
 videri. sed quo beneficio? 5 quòd me Brundusij non 5 Inuidiosa  
 occideris? quē ipse victor, qui tibi, vt tute gloriari dictum.  
 solebas, detulerat ex latronibus suis principatū, sal-  
 uū esse voluisset, in Italiū ire iussisset, cum tu occi-  
 deres? 6 fac potuisse. quod est aliud P. C. beneficium 6 Concessio  
 latronū, nisi ut cōmemorare possint, ijs se dedisse  
 vitā, quibus non ademerint? 7 quod si esset benefi-  
 ciū, nūquā hi, qui illū interfecserūt, à quo erāt serua-  
 ti, quos tu ipse clarissimos viros appellare soles, tā  
 tā essent gloriā cōsecuti. quale autē beneficium est?  
 quòd te abstinueris nefario scelere? qua in re nō tā  
 iucundū videri mihi debuit, non imperfectum à te,  
 quānt

## PHILIPPICA

1 Concessio. quām miserum, id te impune facere potuisse. Sed sit  
 2 Subiectio. beneficium, 2 quandoquidem maius accipi à latrone  
 3 Confutatio subiectionis. nullū potuit. 3 in quo potes me dicere ingratum? an  
 t ne de te de interitu Reip. queri non debui, t ne in te ingra-  
 ingratuſ es tuſ viderer? at in illa querela, misera quidem, et lu-  
 ſe viderer. c̄tuſa, ſed mihi pro hoc gradu, in quo me ſenatus  
 Nam. populusq; R. collocauit, neceſſaria, quid eſt dictum  
 a me cum contumelia? quid non moderate? quid non  
 amice? et quidem cuius temperantiae fuit, de M. An-

4 Congeries tonio querentem abſtinere maledicto? 4 præſertim  
 flagitorum cum tu reliquias Reip. diſſipauiffes: cùm domi tuæ  
 Antonij. turpissimo mercatu omnia eſſent venalia: cùm le-  
 ges eas, quæ nunquam promulgatæ eſſent, et de te,  
 et à te latas confiterere: cùm auſpicia Augur, inter-  
 ceſſionem Consul ſuſtuliffes: cùm eſſes foediſſi-  
 mè ſtipatus armatis: cùm omnes impuritates pudi-  
 ca in domo quotidie fuſciperes, vino luſtriſq; con-  
 fectus. at ego, tanquam mihi cum M. Crasso contẽ-  
 tio eſſet, quocum multæ, et magnæ fuerunt, non cū  
 uno gladiatore nequissimo; de Rep. grauiter que-  
 rens, de homine nihil dixi. itaque hodie perficiā,  
 ut intelligat quantum tum à me beneficium accepe-  
 rit. 5 At etiam literas, quas me ſibi miſiffe diceret,

Quinta ob- recitauit homo et humanitatis expers, et vitæ co-  
 jectio Anto- munis ignarus: quis enim unquam, qui paululum  
 nij ex literis modo bonorum consuetudinem noſſet, literas ad ſe  
 Ciceronis fa- ab amico miſſas offendione aliqua interpoſita in me-  
 etta. Locus com- dium protulit, palamque recitauit? 6 quid hoc eſt  
 munis. aliud

aliud, quām tollere ē vita vitæ societatē. tollere amī  
corum colloquia absentiū? quām multa ioca solent  
esse in epistolis, quæ, prolata si sint, inepta esse vi-  
deantur? quam multa seria, neque tamen ullo modo  
diuulganda: sit hoc inhumanitatis tuæ: stultitiam  
incredibilem videte. <sup>1</sup> quid habes, quod mihi oppo-  
nas homo diserte? ut Mustellæ Tamisio, & Tyroni  
Numisio videris. qui cum hoc isto tempore stent  
cum gladijs in conspectu senatus, ego quoque te di-  
sertum putabo, si ostenderis quo modo sis eos inter-  
sicarios defensurus. sed quid opponas tandem, si ne  
gem me unquam istas literas ad te misisse? quo me  
teste conuinces? an chirographo? in quo habes scien-  
tiam quæstuosam. qui possis? sunt enim librarij  
manu. iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mer-  
cede, quantam iam proferam, nihil sapere docuit:  
quid enim est minus non dico oratoris, sed homi-  
nis, quām id obiscere aduersario, quod ille si verbo  
negarit, longius progredi non possit qui obiece-  
rit? <sup>2</sup> at ego non nego, teq; in isto ipso conuinco nō  
inhumanitis solum, sed etiam amentiæ: quod enim  
verbum in istis literis est non plenum humanitatis,  
officij, benevolentiae? omne autem crimentuum est,  
quòd de te in his literis non male existimem, quòd  
scribam tanquam ad ciuem, tanquam ad bonum  
virum, non tanquam ad sceleratum, & latronem.  
at ego tuas literas, et si iure poteram à te laceſſi-  
tus, tamen non proferam: quibus petis, ut tibi per

<sup>1</sup> Ad obie-  
ctionem ex  
literis suis  
ab Antonio  
factam redit.

<sup>2</sup> Anticate-  
goria. i. recr  
iminatio per  
occupatio-  
nem.

## PHILIPPICA

me liceat quendam de exilio reducere: adiuransq; id te inuiti me non esse facturum: idq; à me impetras: quid enim me interponerem audaciæ tuæ, quæ neque auctoritas huius ordinis, neque existimatio populi R. neque leges vllæ possent coercere: veruntamen quid erat, quod me rogares, si erat is, de quo rogabas, Cæsar is lege reductus: sed videlicet meam gratiam voluit esse: in quo ne ipsius quidem vlla poterat esse lege lata. Sed cum mihi P. C. & pro me aliquid, & in M. Antonium multa dicenda sint; alterum peto à vobis, ut me pro me dicentem benigne; nō obiecta, alterum ipse efficiam, ut, contra illum cum dicam, nouo quedā exordio vti-  
tar.

cognoscitis, ne me hodie, cum isti, ut prouocauit, respondere, oblitum esse putetis mei, non tractabo ut Consulem: ne ille quidem me ut consularem. et si ille nullo modo Consul, vel quod ita viuit, vel quod ita Remp gerit, vel quod ita factus est Consul: ego sine vlla controversia cōsularis. ut igitur intelligeretis, qualē ipse se Consulē profiteretur, obiecit mihi cōsulatum meum. qui Consulatus verbo meus P. C. reverter fuit: quid enim ego constitui, quid gesi, nisi ex huius ordinis cōsilio, auctoritate, sentētia? hæc tu homo sapiens, non solum eloquens, apud eos, quorum cōsilio, sapientiaq; gesta sunt, ausus es vituperare. quis autem meum cōsulatum, præter P. Cloedium, qui vituperaret, inuentus est: cuius quidem te fatum,

2 Probat Cōsulatum suū  
re i. 12 Sena-  
tus fuisse.

Fatum, sicuti C. Curionem, manet: quoniam id domini tue est, quod fuit illorum utriusque fatale.<sup>1</sup> non placet M. Antonio Consulatus meus: at placuit P. Seruilio, ut eum primum nominem ex illius temporis consularibus, qui proxime est mortuus:<sup>2</sup> placuit Q. Luctatio Catulo; cuius semper in hac Rep. viuet auctoritas: placuit duobus Lucullis, M. Crasso, Q. Hortensio, C. Curioni, M. Lepido, C. Pisoni, M. Glabroni, L. Volcatio, C. Figulo, D. Silano, L. Muræne, qui tum erant consules designati: placuit idem, quod consularibus, M. Catoni: qui cum multa vita excedens, prouidit, tum, quod te Consulem non vidit. maxime vero consulatum meum Cn. Pompeius probauit: qui, ut me primum decedens ex Syria vidit, complexus, ex gratulans meo beneficio patriam se visurum esse dixit. sed quid singulos commemoro? frequentissimo senatus sic placuit, ut esset nemo, qui mihi non ut parenti gratias agebat, qui non mihi vitam suam, fortunas, liberos, Remp. referret acceptam. sed quoniam illis, quos nominaui, tot et talibus viris, Resp. orbata est: veniamus ad eos, qui duo è consulari numero reliqui sunt. L. Cotta, vir summo ingenio, summaq; prudentia, rebus ijs gestis, quas tu reprehendis; supplicationem decreuit verbis amplissimis; eiq; illi ipsi quos modò nominaui, consulares, senatusq; cunctus assensus est. <sup>3</sup> qui honos post conditā hāc urbē habitus est togato ante me nemini. L. Cæsar, auun-

<sup>1</sup> Repetit ob  
iectionē Au  
tonij.

<sup>2</sup> Inductiōe  
vtitū probās  
nulli non vi  
ro bono Con  
sulatum sūt  
placuisse.

† Labroni,

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

ulus tuus, qua oratione, qua constantia, qua grauitate sententiam dixit in sororis sue virum, vitrum tuum? hunc tu cum auctorem, et præceptorem omnium consiliorum, totiusq; vitae debuisses habere, vitrici te similem, quam auunculi esse maluisti. huius ego consilijs alienus Consul usus sum: tu, sororis filius, ecquid ad eum unquam de Rep. retulisti? ad quos refert dij immortales? ad eos scilicet, quorum vobis etiam dies natales audiendi sunt: ho-

i Dialogis-  
mus.

2 Exclama-  
tio patheti-  
ca.

3 Exaggera-  
tio.

4 Epipho-  
nema ironi-  
cum.

5 Dilemma,

hortis: cui neminem nominabo. putatote cum Phormioni alicui, tum Gnatoni, tum Ballioni. 2 o fœdita tem hominis flagitiosam: o impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam. 3 tu cum principem senatorem, ciuem singularem tam propinquum habeas, ad eum de Rep. nihil refers: ad eos refers, qui dominum suam nullam habent, tuam exhauriunt. 4 tuus videlicet salutaris Consulatus, perniciosus meus: adeo ne pudorem cum pudicitia perdidisti, ut hoc in eo templo dicere ausus sis, in quo ego senatum illum, qui quondam florens orbi terrarum præsidebat, consulebam, tu homines perditissimos cum gladijs collocauisti? At etiam ausus es (quid autem est, quod tu non audeas?) cliuum Capitolinum dicere me Consule plenum seruorum armatorum fuisse. ut illa, credo, nefaria S. C. tum fierent, vim afferebam senatui. 5 o miserum, siue illa tibi nota non sunt, nihil enim boni nosti; siue sunt, qui

qui apud tales viros tam impudenter loquare. quis enim eques R. quis præter te adolescens nobilis, quis ullius ordinis, qui se ciuem meminisset, cum senatus in hoc templo esset, in cliuo Capitolino nō fuit: quis nomen non dedit? quanquam nec scribere sufficere, nec tabulae nomina illorum capere potuerunt. etenim cum homines nefarij de patriæ parrikidio confiterentur, consciorum indicij, sua <sup>2</sup> manu, voce penè literarum coacti, se urbem inflammarere, ciues trucidare, vastare Italiam, delere Remp. consensisse: quis esset, qui ad salutem communem defendendam non excitaretur: præsertim cum sensus populusq; R. haberet ducē, qualis si quidē nunc esset, tibi idem, quod illis accidit, contigisset. 3 Ad sepulturam corpus vitrici sui negat à me datum. hoc vero ne Publius quidem Clodius dixit unquam, quem, quia iure ei fui inimicus, doleo à te iam omnibus vitijs esse superatum. 4 Quid autem tibi venit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi P. Lentuli esse educatum? an verebare, ne non putaremus natura te potuisse tam improbum euadere, nisi accessisset etiam disciplina? 5 Tam autem eras excors, vt tota in oratione tecum ipse pugnares? vt non modo non coherentia inter se diceres, sed maxime disiuncta, atque contraria? vt non tanta tecum, quanto tecum tibi esset contentio. 6 Vitricum tuum fuisse in tanto scelere fatebare, poena affectum querebatur. ita, quod proprius + propriū

<sup>1</sup> Exaggeratio sceleris ceniuratorū.

<sup>2</sup> Distributio. <sup>3</sup> omnia omnia

<sup>3</sup> Obiectio Antonij est.

<sup>4</sup> Antonium vituperat à praua educatione.

<sup>5</sup> A pugnatis & contrariis confusat.

<sup>6</sup> Repugnatio & contraria ostendit.

meum est, laudasti: quod totum senatus est, reprehendisti. nam cum comprehensio sotium, mea; animaduersio, senatus fuerit: homo disertus non intelligit eum, quem contra dicit, laudari a se, eos, apud quos dicit, vituperari. iam illud cuius est non dico audacie, (cupid enim se audacem dici) sed, quod minime vult, stultitiae, qua vincit omnes;

**1 Repetit su-** periore An-tonij obiectionem de cliuo Capi-tolino.

tolini mentionem facere? cum inter subsellia nostra versentur armati; cum in hac cella Concordiae, (odij immortales) in qua me Consule salutares sententiae dictae sunt, quibus ad hanc diem viximus, cum gladiis homines collocati stent. accusa senatum:

accusa equestrem ordinem, qui tum cum senatu copulatus fuit: accusa omnes ordines, omnes ciues, dum confiteare hunc ordinem hoc ipso tempore

**2 Repugnan-** ab Ithyreis circunsederi. **2** haec tu non propter au-tiamp probat. **+ sed quia** tantā rerū

daciam dicis tam impudenter. + sed qui tantarum rerum repugnantiam non videoas. nihil profecto sapis: quid est enim dementius, quam, cum ipse contra

Reip. perniciofa arma ceperis, obijcere alteri salutaria? At etiam quodam loco facetus esse voluisti. quam id, dīj boni, non decebat: in quo est tua culpa nonnulla: aliquid enim salis ab uxore mima trahere potuisti. cedant armatogae. **3** quid tum nonne cesserunt? **4** at postea tuis armis cessit toga. **5** queramus igitur utrum melius fuerit, libertati populi R. sceleratorum arma, an libertatem nostram armis tuis

**3 Obiectio**  
Antonij est.

**4 Recrimina**

tio.

**5 Reiectio.**

cedere? nec vero tibi de verbis respondebo: tantū dicam

dicam breuiter, neq; illos, neq; illas te omnino lite-  
 ras nosse: me nec Reip. nec amicis vñquā defuisse,  
 & tamen omni genere monimētorū meorum per-  
 fecisse operis subseciuis, ut meæ vigiliæ, meæq; lite-  
 ræ & iuuentuti utilitatis, & nomini R. laudis ali-  
 quid afferrent. sed hæc nō huius tēporis. ad maiora  
 veniamus. <sup>1</sup> P. Clodiū meo consilio imperfectum esse  
 dixisti. <sup>2</sup> quidnam homines putarent, si tū occisus  
 eset, cum tu illum in foro inspectante populo Ro.  
 gladio stricto insecutus es, negotiumq; transegisses,  
 nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ cōiecisset, his  
 q; oppilatis impetū tuū compressiſſet? <sup>3</sup> + sed quid?  
 ego fauisse me tibi fateor, suafisse ne tu quidē dicas.  
 at Miloni ne fauere quidem potui: prius enim rem  
 transegit, quam quisquam suspicaretur eum factu-  
 rum esse. <sup>4</sup> at ego suasi. scilicet is animus erat Milo-  
 nis, vt prodesse Reip. sine suoſore non posset: at lē-  
 tatus sum. quid ergo: in tanta lētitia cunctæ ciuita-  
 tis me vñū tristē esse oportebat? <sup>5</sup> quanquā de mor-  
 te P. Clodij fuit quæſio non satis prudenter illa qui-  
 dem constituta: quid enim attinebat noua lege quæ-  
 ri de eo, qui hominē occidisset, cū eſſet legibus quæ-  
 ſio constituta: quæſitū est tamē. <sup>6</sup> quod ergo, cum  
 res agebatur, nemo in me dixit, id tot annis post, tu  
 es inuētus, qui diceres? Quod vero dicere ausus es,  
 idq; multis verbis, opera mea Pōpeiū à Cæſaris ami-  
 citia esse diſiunctū, ob eamq; causam mea culpa ciui-  
 le bellum eſſe natum: in eo non tu quidem tota re-

<sup>1</sup> Obiectio.

Antonij.

<sup>2</sup> Paradoxū.

<sup>3</sup> Regerit ob-  
iectū crimen  
gratia inui-  
diæ cōflādæ.

+ Sed tunc  
quidē ego

<sup>4</sup> Ad obie-  
ctionem An-  
tonij redit.

<sup>5</sup> Correctio.

<sup>6</sup> Subiectio;

- 1 Confutatio obiectio-** sed, quod maximum est, temporibus errasti. **1 ego**  
**n.** M. Bibulo præstantissimo ciue consule nihil præ-  
termisi, quantum facere, enitiq; potui, quin Pompe-  
ium à Cæsar is coniunctione auocarem. in quo Cæ-  
sar fuit felicior: ipse enim Pompeium à mea familia
- 2 Distribu-** ritate disiunxit. **2 postea verò quam se totum Pom-  
tio. peius Cæsari tradidit, quid ego illum ab eo distra-  
here conarer? tulti erat sperare, suadere impuden-  
tiis. **3 Parrhesia****
- sue licentia.** **3** duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid  
contra Cæsarem Pompeio suaserim: ea velim repre-  
hendas, si potes: **vnum**, ne quinquennij imperium  
Cæsari prorogaretur: alterum, ne pateretur fieri,  
ut absentis eius ratio haberetur. quorum si utrum-  
uis persuasissim, in has miseras nunquam incidisse  
mus. atque idem, cum iam omnes opes et suas, et  
populi R. Pompeius ad Cæsarem detulisset, seroq;  
ea sentire cœpisset, quæ multo ante præuiderā, in-  
ferriq; patriæ bellum nefarium viderem; pacis, con-  
cordiæ, compositionis auctor esse non destiti: meaq;  
**4 Apostro-** illa vox est nota multis; **4** utinam Cn. Pompei cum  
phe ad Pom- C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nun  
peium. quam diremises. fuit alterum grauitatis, alterum  
prudentiæ tue hæc mea M. Antoni semper et de  
Pompeio et de Rep. consilia fuerunt: quæ si va-  
luisserint, Resp. stare: tu tuis flagitijs, egestate, infa-  
mia concidisses. Sed hæc vetera. illud vero recens,  
Cæsarem meo consilio imperfectum. iam vereor  
P. C. ne, quod turpisimum est, prævaricatorē mi-  
hi appo-

Hi apposuisse videar, qui me non solum meis laudi-  
bus ornaret, sed etiam oneraret alienis : quis enim  
meum in istius societate gloriofissimi facti nomen  
audiuit? cuius autem, qui in eo numero fuisset, no-  
men est occultatum? <sup>1</sup> occultatum dico? cuius non Correlio.  
statim diuulgatum? citius dixerim iactasse se ali-  
quos, ut fuisse in ista societate viderentur qui socij  
non fuissent; quam̄ vt quisquā celare vellet. quam̄  
verisimile porrò est, in tot hominibus partim ob-  
scuris, partim adolescentibus, nemincm occultanti-  
bus, meum nomen latere potuisse? <sup>2</sup> etenim si aucto-  
res ad liberandam patriam desiderarentur † illis au-  
ctoribus, Brutos ego impellerem? quorum uerque  
L. Brutii imaginem quotidie videret, alter etiam  
Hale. his igitur maioribus orti, ab alienis potius  
consilium peterent, quam̄ à suis? & foris potius,  
quam̄ domo? quid? C. Cassius in ea familia natus,  
quæ non modo dominatum, sed ne potentiam qui-  
dem cuiusquam ferre potuit, mē auctorem, credo,  
desiderauit: qui etiam sine his clarissimis viris hanc  
rem in Cilicia ad ostium fluminis Cydni confecisset  
si ille ad eam ripam, quam̄ constituerat, non ad con-  
trariam † nauē applicuisset. Cn. Domitiū non pa-  
tris interitus clarissimi viri, non auunculi mors, nō  
spoliatio dignitatis ad recuperandam libertatem,  
sed mea auctoritas excitauit. an C. Trebonio per-  
suasi, cui ne suadere quidem ausus essem? quo etiam  
maiorē ei Resp gratiam debet, qui libertatem po-

<sup>2</sup> Probat sin-  
gulos coniu-  
ratores alia  
quam̄ Cice-  
ronis consi-  
lia habuisse,  
quibus ad oc-  
cidendū Ca-  
farem cōmo-  
ti sunt.

† Villis

† nauis ap-  
pulisset.

PHILIPPICĀ

puli R. vnius amicitiae p̄e posuit, depulso r̄q; domi-  
natus, quām particeps esse maluit. an L. Tullius Cim-  
ber me est auctorem secutus? quē ego magis fecisse  
illam rem sum admiratus, quām facturum putauis;  
admiratus sum autem ob eam causam, quōd imme-  
mor beneficiorum, memor patriæ fuisset. quid duos  
Seruilios, Casas dicam, an Halas? & hos auctori-  
tate mea censes excitatos potius, quām charitate  
Reip: longum est persequi cæteros: idq; Reip. præ-

<sup>2</sup> Diluit suspi-  
cionē, è qua  
Antonius Cæ-  
sarem cōsilio  
Ciceronis in  
terfectum cō-  
necerat;

<sup>2</sup> Inuersio  
causę gratu-  
lationis M.  
Bruti.

<sup>3</sup> Probat con-  
sequētia ar-  
gamenti.

<sup>4</sup> Confirma-  
tio.

clarum, fuisse tam multos, ipsis gloriosius est. <sup>1</sup> at  
quemadmodum me coarguerit homo acutus, recor-  
damini. Cæsare imperfecto, inquit, statim cruentum  
alte extollens M. Brutus pugionem, Ciceronē nomi-  
natim exclamauit, atque ei recuperatā libertatem  
est gratulatus. cur mihi potissimum? quōd sciebā? <sup>2</sup>  
vide ne illa causa fuerit appellandi me, quōd cum  
rem gessisset consimilem rebus ijs, quas ipse gesse-  
ram, me potissimum testatus est, se æmulum mearū  
laudum extitisse. tu autem omnium stultissime non  
intelligis, si id, quod me arguis, voluisse interfici  
Cæsarem, crimen sit, etiam, lētatum esse morte Cæ-  
sarī, crimen esse: <sup>3</sup> quid enim interest inter sua so-  
rem facti, & probatorem? aut quid refert, utrum  
voluerim fieri, an gaudeam factum? ecquis est igi-  
tur, te excepto, qui illum regnare gaudebas, qui il-  
lud aut fieri noluerit, aut factum improbarit? om-  
nes enim in culpa: <sup>4</sup> etenim omnes boni, quantum  
in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt: alijs consilium,  
alijs

alijs animus, alijs occasio defuit, voluntas nemini.  
 sed stuporem hominis, vel dicam pecudis, atten-  
 dite: <sup>1</sup> sic enim dixit: M. Brutus, quem ego honoris <sup>2</sup> [Mimesis;  
 causa nominō, cruentū pugionē tenens, Ciceronem  
 exclamauit: ex quo intelligi debet eū consciū fuis-  
 se. ergo ego sceleratus appellor à te, quē tu suspicā-  
 tum aliquid suspicaris: ille, qui stillantem præ se pu-  
 gionem tulit, is à te honoris causa nominatur? <sup>2</sup> esto <sup>2</sup> Concessio:  
 sit in verbis tuis hic stupor: quanta in rebus senten-  
 tijsq; maior? constitue hoc Consul aliquando, Bru-  
 torū, C. Cassij, Cn. Domitij, C. Trebonij, reliquorū  
 quam velis esse causam: edormi crapulam inquam,  
 & exhala. an faces admouenda sunt, quæ te exci-  
 tent tantæ causæ indormientem? <sup>3</sup> nunquā ne <sup>3</sup> Urget An-  
 telligis statuendum tibi esse, utrum illi, qui istam rē  
 gesserūt, homicidijs rei sint, an vindices libertatis? <sup>4</sup>  
 attende enim paulisper, cogitationemq; sobrij homi-  
 nis ad pūctū tēporis suscipe. <sup>5</sup> etenim ego, qui sum  
 illorum, vt ipse fateor, familiaris; vt à te arguor,  
 socius; nego quidquam esse medium; confiteor eos,  
 nisi liberatores populi R. conseruatoresq; Reipu-  
 sint, plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus  
 etiam quam parricidas esse; si quidem est atrocius  
 patriæ parentem, quam suum occidere. tu homo sa-  
 piens & considerate quid dicas: si parricidæ, cur  
 honoris causa à te sunt & in hoc ordine, & apud  
 populū R. semper appellati? cur M. Brutus te refe-  
 rente legibus est solutus, si ab urbe plus quam decem  
 dies

tonium argu-  
 mento à di-  
 siuncto.

+ intelliges  
<sup>4</sup> Exprobrat  
ebrietatē An-  
tonij.

<sup>5</sup> Nam in dis-  
iunctiuo ar-  
gumento ne-  
cessit est alte-  
ram partem  
esse veram,  
alteram fal-  
sam.

## PHILIPPICA

dies abfuisset: cur ludi Apollinares incredibili M.  
 Brutii honore celebrati? cur prouinciae Cassio &  
 Bruto datæ? cur Quæstores additi? cur Legatorum  
 numerus auctus? atque hæc acta per te. non igitur  
 homicidæ. Sequitur ut liberatores tuo iudicio sint:  
 quandoquidem tertium nihil potest esse. quid est?  
 num conturbo te? non enim fortasse satis, quæ di-  
 stinctius dicuntur, intelligis. sed tamen hæc est sum-  
 ma conclusionis meæ; quoniam scelere à te liberati  
 † dignissi- sunt, ab eodē te amplissimis præmijs † dignissimi  
 mos iudica iudicati sunt. itaq; iā retego orationem meam: scri-  
 tos.

**Exaggeratio crasis Cesaris à mag- nitudine rei.** bam ad illos, ut, si qui forte, quod à te mihi obiectū  
 est, querent sit ne verum, ne cui negent: etenim ve-  
 reor, ne aut, celatum me ab ipsis, illis non honestū;  
 aut, inuitatum refugisse, mihi sit turpis simū: quæ  
 enim res unquam (pro sancte Iupiter) non modo in  
 hac urbe, sed in omnibus terris est gesta maior: quæ  
 gloriose: quæ commendatior hominum memoriæ  
 sempiternæ: in huius me consilij societatem, tan-  
 quam in equum Troianum, includi cum principibus  
 non recuso. ago etiam gratias, quoquo animo facis:  
 tanta enim res est, ut inuidiam istam, quam tu in

**Distribu- zio.** me vis concitare, cum laude non comparem: quid  
 enim beatius illis, quos tu expulsos à te prædicas,  
 & relegatos? qui locus est aut tam desertus, aut tā  
 inhumanus, qui illos, quò accesserint, non affari, at  
 que appetere videatur? qui homines tam agrestes,  
 quise, cum eos aspicerint, non maximum cepisse vi-

te fructum putent? quæ vero tam immemor poste  
 ritas, quæ tam ingratæ literæ reperientur, quæ co-  
 rum gloriam non immortalitatis memoria prose-  
 quantur? tu vero ascribe me talem in numerum sed  
 unam rem vereor ne non probes: si enim fuisset,  
 non solum Regem, sed regnum etiam de Rep. sustu-  
 lissem: & si meus stylus ille fuisset, ut dicitur, mihi  
 crede: non solum unum actum, sed totam fabulam  
 confecisset. quanquam si, interfici Cæsarem vo-  
 luisse, crimen est: vide quæso Antoni, quid tibi futu-  
 rum sit, quem ex Narbone hoc consilium cū C. Tre-  
 bonio cepisse notissimum est, & ob eius consilij so-  
 cietatem, cum interficeretur Cæsar, tum te à Tre-  
 bonio vidimus seuocari. ego autem, (vide quam te-  
 cum agam non inimice) quòd bene cogitasti aliquā  
 do, laudo: quòd non indicasti, gratias ago: quòd non  
 fecisti, ignosco. virum res illa quærebat. quòd si te  
 in iudicium quis adducat, usurpetq; illud Cassianū:  
 cui bono fuerit: 2 vide quæso, ne hæreas quanquam  
 illud quidem fuit, ut tu dicebas, omnibus bono, qui  
 uni seruire nolebant, tibi tamen præcipue, qui non  
 modo non seruis, sed etiam regnas; qui maximo te-  
 Ære alieno ad ædem Opis liberasti; qui per easdem  
 tabulas innumerabilem pecuniam dissipauisti; ad  
 quem è domo Cæsar is tam multa delata sunt; cuius  
 domus quæstuosissima est falsorum commentario-  
 rum, ex chirographorum officina, agrorum, oppi-  
 dorum, immunitatum vectigalium flagitosissimæ  
 nundinæ.

1 Metaphora  
 à fabularum  
 autoribus.

2 Ratiocina-  
 tio est.

PHILIPPICA

nundinæ etenim quæ res egestati, & æri alieno tuo  
præter mortem Cæsar is subuenire potuisset: nescio  
quid conturbatus esse mihi videris. nunquid subtia-  
mes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur: libero  
te metu: nemo credet unquam: non est tuū de Rep.  
bene mereri: habet istius pulcherrimi facti clarissi-  
mos viros Resp. auctores: ego te tantum gaudere  
dico, fecisse non arguo. <sup>1</sup> respondi maximis crimi-  
nibus: nunc etiam reliquis respondēdum est. Castra  
mihi Pompeij atque illud omne tempus obiecisti.  
quo quidem tempore si, ut dixi, meū consiliū, aucto-  
ritasq; valuissest, tu hodie egeres, nos liberi essemus,  
Resp. non tot ducēs, & exercitus amisisset: <sup>2</sup> fateor  
enim me, cū ea, quæ acciderūt, prouiderē futura, tā-  
ta in mœstitia fuisse, quāta ceteri optimi ciues, si  
idem prouidissent, fuissent. <sup>3</sup> dolebam, dolebā P.C.  
Remp. vestris quondam meisq; consilijs conserua-  
tam breui tempore esse periturā: <sup>4</sup> neque vero erā-  
tam indoctus, ignarusq; rerum, ut frangerer ani-  
mo propter vitæ cupiditatem, <sup>5</sup> que me manens cō-  
ficeret angoribus, dimissa molestijs omnibus libe-  
rasset. illos ego præstatiſſimos viros, lumina Reip.  
viuere volebam, tot consulares, tot prætorios, tot  
honestiſſimos senatores, omnem præterea florē no-  
bilitatis, ac iuuentutis, tum optimorum ciuiū exer-  
citus: qui si viuerent, quanuis iniqua conditione pa-  
cis ( mihi enim omnis pax cum ciuibus bello ciuili  
utilior videbatur) Remp. hodie teneremus. quæ sen-

2 Transiſio.

2 supplicium

3 Conduplica-  
tio.

4 Præoccu-  
patio.

5 Causam do-  
loris sui indi-  
cat per distri-  
butionem.

tentia

tentia si valuisset, ac non ij maxime mihi, quodrum  
 ego vitæ consulebam, spe victoriae elati obstitissent  
 ut alia omittam, tu certe nunquam in hoc ordine,  
 vel potius nunquam in hac urbe mansisses.<sup>1</sup> At ve<sup>1</sup> Obiectio  
 ro Cn. Pompeij voluntatem à me abalienabat ora= Antonij.  
 tio mea, an ille quenquam plus dilexit? cum ullo aut  
 sermones, aut consilia contulit sæpius? quod quidē  
 erat magnum, detre dissidentes, in eadem consuetu<sup>t</sup> summa  
 dine amicitiae permanere.<sup>2</sup> sed & ego, quid ille; & Reipub. dis  
 contraille, & quid & ego sentirem & spectarem, sent.  
 videbat. ego in columbia ciuium primū, & postea<sup>2</sup> Regressio  
 dignitati, ille præsenti potius consulebat. quòd au<sup>t</sup> & quid &  
 tem habebat uterque quid sequeretur, iccirco tolc<sup>3</sup> ego senti-  
 rabilior erat nostra dissensio. quid vero ille C. V. ac rem.  
 penè diuinus de me senserit, sciunt qui eum Phar  
 salica fuga Paphum prosecuti sunt. nunquam ab  
 eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena ami-  
 cissimi desiderij, cum me vidisse plus fateretur, se  
 sperauisse meliora. & eius viri nomine me inse-  
 ctari audet, cu<sup>is</sup> me amicum, te sectorem esse fa-  
 teare? sed omittatur bellum illud, in quo tu ni-  
 mium felix fuisti.<sup>3</sup> Ne iocis quidem respon=<sup>3</sup> Non intem  
 debo, quibus me in castris vsum esse dixisti. e= pestiué se vili  
 rant illa quidem castra plena curæ: veruntax<sup>4</sup>  
 men homines, quamuis in turbidis rebus sint,  
 tamen, si modo homines sunt, interdum ani-  
 mis relaxantur.<sup>4</sup> Quòd autem idem mœstitiam<sup>4</sup> Obiectio  
 meam reprehendit, idem iocum; magno argumen-  
 to est.<sup>Antonij.</sup>

to est, me in utroque fuisse moderatum. Hæreditates mihi negasti venire, utinam hoc tuum verum crimen esset: plures amici mei, & necessarij viuerent. sed quid istuc tibi venit in mentem? ego enim amplius H-S ducenties acceptum hæreditatibus retuli. quanquam in hoc genere fateor feliciorē esse te. me nemo, nisi amicus, fecit hæredem, ut cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iunge-

**1 Ab indigni** tate rem exag-  
gerat. **2 Accusat An-** tonium q̄ma-  
lis artib⁹ h̄c-  
reditates a-  
lienā adie-  
rit. **3 Tacite pau-** pertatē Anto-  
nio expro-  
brat. **4 Epilogus** criminū sibi obiectorū ab  
Antonio.

retur: te is, quem nunquam vidisti, L. Rubrius Casinas fecit hæredem. & quidem vide, quam te amarit is, qui, albus atervus fueris, ignorans, fratris filiū præteriit, Qu. Furij, honestissimi equitis R. suiq; amicissimi, quem palam hæredem semper factitarat ne nomen quidem perscripsit; quem nunquam vide

rat, ac nunquam salutauerat, fecit hæredem. **2 ve-** lim mihi dicas, nisi molestum est, L. Tursecius qua facie fuerit? qua statura? quo municipio? quatribus nihil scio, inquies, nisi quæ prædia habuerit. igitur fratrem exhæredans te faciebat hæredem. in multas præterea pecunias alienissimorum hominum, eiē-

ctis veris hæreditibus, tanquam hæres esset, inuasit. **3** quanquam hoc maxime admiratus sum, mentionem te hæreditatum ausum esse facere, cum ipse hæreditatem patris non adiſses. **4** hec ut colliges homo amentissime, tot dies in aliena villa declamasti: quanquam tu quidem, ut tui familiarissimi dictitant, vini exhalandi, non ingenij acuendi causa declamitas. & vero adhibes ioci causa magistrū, suffra-

suffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem  
cui concessisti, ut non in te, quae vellet diceret, sed  
in quem vellet diceret falsum omnino hominē: sed  
materia facilis, in te & in tuos dicta dicere. <sup>1</sup> vide  
autē, inter te & autū tuū quid intersit, ille sensim di-  
cebat, quod causæ prodesset: tu cur sim dicas aliena  
at quanta merces rhetori data est? audite, audite  
P.C. & cognoscite Reip. vulnera duo millia iugen-  
rū campi Leontini Sex. Clodio rhetori assignasti  
& quidem immunita, ut protanta mercede nihil sa-  
pere disceres. num etiam hoc homo audacissime ex  
Cæsar's commentarijs? <sup>2</sup> sed dicam alio loco & de  
Leontino agro, & de Campano: quos iste agros ere  
ptos Reip. turpisimis possessoribus inquinauit. <sup>3</sup> Iā  
enim quoniam criminibus eius satis respōdi, de ipso  
emendatore & correctore nostro quedam dicenda  
sunt: <sup>4</sup> nec enim omnia effundā: ut, si sæpius decen-  
tandū sit, ut erit, semper nouis veniam, quam facul-  
tatem mthi multitudo istius vltiorum, peccatorūq;  
largitur. vis ne igitur, te inspiciamus à pucro? sic  
opinor. à principio ordiamur. <sup>5</sup> tenes ne memoria  
prætextatum te decoxisse: patris, inquies, ista culpa  
est. concedo: etenim est pietatis plena defensio, il-  
lud tamen audacie tuæ, quòd sedisti in quatuorde-  
cim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus  
certus locus constitutus, quāuis quis fortunæ vitio,  
nō suo decoxit. <sup>6</sup> sumpsisti virile togā, quam sta-  
tim muliebrē stola redditisti. primo vulgare scor-

<sup>1</sup> Collatio  
aui & Anto-  
ni; in agēdis  
causis.

<sup>2</sup> Reiecio.  
<sup>3</sup> Transito.

sillion snt  
mouit snt  
marij snt bi  
patat snt se  
mehiost

<sup>4</sup> Attentionē  
parat snt se  
mehiost

<sup>5</sup> Secunda  
oratiōis pars  
in qua vitam  
Antonij inſe-  
statur.

<sup>6</sup> Adolescen-  
tiam Antonij  
inceſſit.

## PHILEMONICA

tum: certa flagitiij merces, nec ea parua: sed cito curio interuenit, quite à meretricio quæstu abduxit, ex, tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili, ex certo locauit. nemo unquam puer emptus libidinis causa tam fuit in domini potestate, quam tu in Curionis. quoties te pater eius domo sua eiecit? quo tunc eustodes posuit, ne limen intrares? cū tamen tunc nocte socia, hortate libidine, cogēte mercede, per te gulas demitterere. quæ flagitia domus illa diutius ferre non potuit. scis ne me de rebus mihi notissimis dicere? recordare tēpus illud; cū pater curio moerens iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosterrens, lacrymans te mihi commendabat, orabat ut te contra suū patrē, si sestertiū sexagies peteret, defendarem: tantū enim se pro te intercessisse dicebat. ipse autē amore ardens, confirmabat, quod desideriū tui disidiij ferre non posset, se in exiliū esse iturum. quo ego tempore tanta mala florentissimæ familie sedavi, vel potius sustuli: patri persuasi, ut æs alienum filij dissolueret, redimeret adolescentem, summa spe & animi & ingenij præditum, rei familiaris facultatibus, cu[m]q[ue] tua non modo familiaritates, sed etiam congreßione patrio iure & potestate prohiberet. hæc tu cum per me acta meminisses, nisi illis, quos videmus, gladijs consideres, maledicis me prouocare ausus essem? sed iam stupra & flagitia omittam. sunt quædam, quæ honeste non possum dicere. tu autem eo liberior, quod ea in te admisisti,

1 Narratio  
facti cuiusdā  
est.

2 Id est cen-  
tēa millia  
sesteriorū.  
id est cērum  
quinquagin-  
ta millia au-  
reorum.

sharpe: &  
212 q[uod] dicitur  
ad hanc dupl.  
vñi p[ro]positio[n]e  
ad hanc dupl.

3 Occupatio  
propositio[n]e  
ad hanc dupl.

admisiſſti, quæ à verecundo inimico audire non poſſes. 1 ſed reliquum vitæ curſum videte: quē quidē ce-  
 leriter perſtrīgam: ad hæc enim, quæ in ciuili bel-  
 lo, in maximis Reip. miſcrijs fecit, & ea, que quoti-  
 die facit, festinat animus. que peto ut, quāquā mul-  
 to notiora vobis, quam mihi ſunt, tamen, ut faciatis,  
 attente audiatis: debet enim talibus in rebus excita-  
 re animos non cognitio ſolūn rerum, ſed etiam re-  
 cordatio; tametsi incida muſt oportet media, ne ni-  
 mis ſero ad extremita veniamus. 2 Intimus erat in  
 Tribunatu Clodio. qui ſua erga me beneficia com-  
 memorat, eius omnium incendiorum fax: cuius etiā  
 domi quiddam iam tum molitus eſt: quid dicam,  
 ipſe optime intelligit. inde itur Alexandriam, con-  
 tra ſenatus auctoritatē, contra religionem, ſed  
 habebat ducem Gabiniū, quicunq; quiduis rectiſſi-  
 me facere poſſet. qui tūm inde rediſtus, aut qua-  
 lis? prius in ultimam Galliam ex Aegypto, quam  
 domum. quæ autem erat domus? ſuam enim quique  
 domum tum obtinebat, neque erat uſquam tua. do-  
 mum dico? quid erat in terris, ubi in tuo pedem po-  
 neret? præter unum Misenum, quod cum ſocijs  
 tanquam Sisaponem tenebas. venisti à Gallia ad  
 Quæſturam petendam, aude dicere, prius ad pa-  
 trem tuum veniſſe, quām ad me: acceperam enim  
 iam ante Cæſaris literas, ut mihi ſatisfieri paterer à t. custodi-  
 te: itaque ne loqui quidē ſum te paſſus de gratia. po-  
 ſtea t. cultus ſum à te, tu à me t. obſeruatus in peti-  
 tione

1 Attentionē  
 cū docilitate  
 capiat.  
 2 minora s  
 -ea in buſi  
 ſalut

2 Quid An-  
 tonius apud  
 Clodiu fece-  
 rit cum ſum-  
 ma Antonii  
 in ſectione  
 cōmemorata

tione Quæsturæ. quo quidem tempore P. Clodium approbante populo R. in foro es conatus occidere. cumq; eam rem tua sponte conarere, non impulsu meo, tamen ita prædicabas, te non existimare, nisi illum interfecisses, unquam mihi pro tuis in me iurijs satis esse facturum. in quo demiror, cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cum te vltro mihi idem illud deferentem nunquam sim adhortatus. quanquam, si in eo perseverares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam, quam ad meā gratiam.

**2** Quid in quæstura Antonius fecerit. **3** Paradoxū. **4** Narratio.

1. Antonium mendacij accusat. **2** Quæstor es factus. deinde continuo sine S. C. sine sorte, sine lege ad Cæsarem cucurristi: id enim unum in terris egestatis, æris alieni, nequitiæ, perditis vitæ rationibus perfugium esse ducebas. ibi te cum et illius largitionibus, et tuis rapinis expleuisses, (si hoc est explere, quod statim effundas) aduolas egens ad Tribunatum, ut in eo magistratū Vitrici, stratu, si posses, et viri tui similis esses. **3** accipite tui simil. nunc quæso non ea, quæ ipse in se, atque in domesti- ut Curionē cum dedecus impure, atque intemperanter, sed que intelligas in nos, fortunasq; nostras, idest in uniuersam Rēp. seditionis. impie ac nefarie fecerit: ab huius enim scelere omnium malorum principium natū reperietis. **4** Nam cundemq; cum L. Lentulo, C. Marcello Coss. calendis Ian. Antonij a labentem, et propè cadentem Rēmp. fulcire cupe- matorem. retis, ipsiq; C. Cæsari, si sana mente esset, consulere velletis: tum iste venditum atque mancipatum Tribunatum consilijs vestris opposuit, ceruicesq; suas ei sub-

ei subiecit securi, quā multi minoribus in peccatis  
 occiderunt, 1 in te autem M. Antoni id decreuit se= 1 Apostro-  
 natus, & quidem incolmis, nondum tot + lumini= phead Anto-  
 bus extinctis, quod in hostem togatum decerni est + luminari  
 solitum more maiorum. & tu apud patres conscri= bus  
 ptos contra me dicere ausus es, cum ab hoc ordine  
 ego cōseruator essem, tu hostis Reip. iudicatus: com  
 memoratio illius tui sceleris intermissa est, non me  
 moria deleta dum genus hominum, dum populi R.  
 nomen extabit, quod quidem erit, si per te licuerit,  
 sempiternum, 2 tua illa pestifera intercessio nomi= 2 Amplificat  
 nabitur. quid cupide à senatus, quid temere fiebat,  
 cum tu unus adolescens uniuersum ordinem decer-  
 nere de salute Reip. prohibuisti, neque id semel, sed  
 sēpius; neque tu tecum de senatus auctoritate agi  
 passus es. quid autem agebatur, nisi ne delere ex-  
 cuertere Remp. funditus velles? cum te neque prin-  
 cipes ciuitatis rogando, neque maiores natu monen-  
 do, neque frequens senatus agendo, de vēdita atque  
 addicta sententia mouere potuit. tum illud, multis  
 rebus ante tentatis, necessario tibi vulnus inflictū,  
 quod paucis ante te, quorum incolmis fuit nemo.  
 tum contrate dedit arma hic ordo Consulibus, re= 4 Cōpīas  
 liquisq; imperijs, & potestatibus. quae non effugis-  
 ses, nisi te ad arma Cæsaris contulisses. 3 tu, tu, in= 3 Repetitio  
 quam, M. Antoni princeps C. Cæsari omnia pertur-  
 bare cupienti causam belli contra patriam inferēdi  
 dedisti: quid enim aliud ille dicebat, quā causam de=

mentissimi sui consilij, et facti afferebat, nisi quod  
 intercessio neglecta ius tribunitium sublatum, circu-  
 censcriptus esset. Antonius omitto, quam hec fal-  
 sa, quam leuia, præsertim cum omnino nulla causa  
 iusta cuiquam esse posse contra patriam arma ca-  
 piendi: sed nihil de Cæsare: tibi certe confitendum  
 est, causam perniciosissimi belli in personatua con-

<sup>2</sup> Exaggera-  
tio.

stitisse. <sup>1</sup> Ó miserum te, si intelligis; miseriorer, si  
 non intelligis, hoc literis mandari, hoc memoriae  
 prodi, huius rei ne posteritatem quidem omnium  
 seculorum unquam immorem fore. Consules ex  
 Italia expulso, cumq; his Cn. Pompeium, qui im-  
 perij populi R. decus, ac lumen fuit; <sup>2</sup> omnes con-  
 sulares, qui per valetudinem exequi cladem illam,  
 fugamq; potuissent; Prætores, prætorios, Tribu-  
 nos pl. magnam partem senatus, omnem sobolem  
 iuuentutis, unoq; verbo Remp. expulsam, atque  
 exterminatam suis sedibus. <sup>3</sup> ut igitur in seminibus  
 est causa arborum, et stirpium, sic huius lustuo-  
 sisissimi belli semen tu fuisti, doletis tres exercitus

<sup>4</sup> Coplexio populi R. imperfectos: <sup>4</sup> interfecit Antonius. deside-  
 ratis clarissimos ciues: eos quoque eripuit vobis An-  
 tonius. auctoritas huius ordinis afflictæ est: affli-  
 xit Antonius. omnia denique, quæ postea vidimus,

(quid autem mali non vidimus?) si recte ratiocin-  
 abimur, uni accepta referemus Antonio. <sup>5</sup> ut  
 zio à simili. Helena Troianis, sic iste huic Reip. causa belli, cau-  
 sa pestis, atque exitij fuit. reliqua partes Tribuna-

eus principio similes. omnia perfecit, que, senatus,  
 Salua Rep. ne fieri possent, perfecerat. cuius tamen  
 scelus in scelere cognoscite. restituebat multos ca  
 lamitosos. in his patrui nulla mentio. si severus,  
 cur non in omnes? si misericors, cur non in Iuuos? sed  
 omitto ceteros. Licinium Lenticulam de alea con  
 demnatum collusorem suum restituit: quasi vero lu  
 dere cum condemnato non liceret: sed ut, quod in + scilicet  
 alea perdiderat, beneficio legis dissolueret. 3 quam 3 Com muni  
 attulisti rationem populo R. cur eum restitui opor  
 teret? absentem credo in reos relatum, rem indicta  
 causa iudicat am, nullum fuisse de alea lege iudicium,  
 vi oppressum & armis. 4 postremo, quod de pa  
 trio tuo dicebatur, pecunia iudicium esse corru  
 ptum. 5 nihil horum. at vir bonus, & Rep. dignus, 5 Reieccio.  
 nihil id quidem ad rem: & ego tamen, quoniam con  
 demnatum esse pro nihilo est; si ita esset, ignoscere:  
 hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret  
 vel in foro alea ludere, lege, quae est de alea, con  
 demnatum, qui in integrum restituit, is non aper  
 tiissime studium suum ipse profitetur: in eodem ve  
 ro Tribunatu, cum Cæsar in Hispaniam profici  
 scens, huic conculcandam Italianam tradidisset, quae  
 fuit eius peragratio itinerary: lustratio municipio  
 rum: scio me in rebus celebratissimis sermone om  
 niū versari, eaq; quae dico, dicturusq; sum, notiora  
 omnibus esse, qui in Italia tū fuere, quam mihi, qui  
 non fui: notabo tamen singulas res: et si nullo modo  
 poterit

1 Propositio  
cū arterione,

2 Dilemma  
Insciat ne di  
omnibus b th

3 Com muni  
catio.

4 Subiectio  
Antonij.

5 Reieccio.  
concedere  
tamen & atten  
tionē parat.

poterit oratio mea satis facere vestrae scietiae: et  
 nim quod antiqua in terris tam flagitium extitisse  
 auditum est: tam turpitudinem tam dedecus:  
 rebatur in effedo Tribunus pl. lectores laureati  
 id est splendi da descriptio antecedebant inter quos aperte lectica minia porta  
 batur quam ex oppidis municipales homines hone-  
 t sequebantur obviari necessario prodeentes, non noto illo: &  
 turmba: & mnicp. nomine: sed Volumnium consulutabant.  
 cum tenoni sequebantur heda cu lenonibus comites nequissi-  
 bus, comi= mi: reiecta mater amicam impuri filij tanquam nu-  
 tes rum sequebatur. o miser a mulieris fœcunditatem

Exclama- calamitosam horum flagitorum iste uestigijs om-  
 tio patheti- nia municipia, præfaturas, colonias, totam deniq;  
 Italiam imprexit. Reliquorū factorū eius P.C. diffi-  
 cilis est sane reprehensio, & lubrica versatus in  
 bello est: saturauit se sanguine dissimilorum sui

Correctio: ciuum: fuit felix; si potest illa esse in scelere felici-  
 tas. sed quoniam veteranis cautum esse volumus,  
 quamquam dissimilis est militum causa, & tua, illi  
 secuti sunt tuque sisti ducem: itamen, ne apud il-  
 los me in inuidiam voces, nihil de belli genere dis-  
 cam. & victione Thessalia Brundusium cum legio-  
 nibus recessisti: ibi me non occidisti, magnum bene-  
 ficium potuisse enim fateor: quamquam nemo erat

Repetit quod supra ab Antonio obiectū con- futauit. Eorum, quidam teum fuerunt, qui mihi non cen-  
 senet parci oportere: tanta enim est charitas pa-  
 triæ, ut vestris etiam legionibns sanctus essem: quod  
 eam à me separatam esse meminissent. sed fac id  
 te dedisse

te dedisse mihi, quod non ademisti; meq; à te habere  
 vitam, quia à te non sit erupta. ¶ Illeuit ne mihi per tliceat nuc  
 tuas contumelias hoc beneficium sic tueri, ut tue= mibi.  
 bar, præsentim cum te hæc auditurum videres. <sup>1 ve</sup> IEX obiectio  
 nisi Brundusium, in sinum quidem & in comple= ne Antonij  
 xum tuæ mimule, quid estenim mentior? quam mi= Cicero occa  
 serum est id negare non posse, quod sit turpissimum  
 confiterisfite municipiorum non pudebat, ne vete= sione infecta  
 rani quidem exercitus? quis enim miles fuit, qui  
 Brundusij illam non viderit? quis, qui nescierit ve= di libidinem  
 nisse eum tibi tot dierum viam gratulatum? quis,  
 qui non indoluerit tam sero se, quem hominem secu= Antonij arri  
 tus esset, cognoscere? italæ rursus percursatio ea= pit.  
 dem comite mima: in oppida militum crudelis & riup. il.  
 misera deductio: in urbe auri, argenti, maximeq; vi  
 ni foeda direptio. accessit, vt Cæsare ignaro, cum il  
 le esset Alexandriae, beneficio amicorum magister  
 equitum constitueretur: rum existimat se suo iure  
 cum Hippia vivere, & equos vestigales Sergio mi  
 mo tradere: quid ego istius decreta, quid rapinas,  
 quid hæreditatum possessiones datas, quid eruptas  
 proferam: cogebat egestas: quid se verteret, non ha=  
 bebat: nondum ei tanta à L. Rubrio, non à L. Turse  
 cio hæritas venerat: nondum in Cn. Pompeij lo= de 2011. T. &  
 cum, multorumq; aliorum, qui aberant, repentinus  
 heres successerat: erat ei viuendum latronum ritu;  
 vt tantum haberet, quantū rapere potuisset. sed 3 Tractio per  
 haec, que robustioris improbitatis sunt, omittamus:  
 occupatio &  
 nem.

\* iniquissi loquamus potius de + nequissimo genere levitatis.

**mo.** Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria rotius corporis firmitate, tantum vini in Hippiae nutriptionis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. o rem non modo visu

**Amplificatio à minori ad maius, vel à circūstatijs.** foedam, sed etiam auditu. si inter cœnam, in tuis immatibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in cœtu vero populi R. negotiū publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum, & totum tribunal impleuit. sed hoc ipse fatetur esse in suis sordibus. venianus ad splendida. Cæsar Alexandriā se recepit felix, vt

+ si quis sibi quidem videbatur mea autē sententia + nisi qui Reip. sit in Reip. sit felix, felix esse non potest. 3 hasta posita felix, felix pro æde Iouis Statoris, bona miserum me: consummisse nō potis enim lacrymis, tamen infixus animo heret dolor) bona, inquam, Cn. Pompeij Magni voci acerbissimae subiecta præconis, una in illa re seruitutis obliata ciuitas ingenuit, seruientibusq; animis gemitus tamen populi R. liber fuit, expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens, tam dijs hominibusq; hostis, qui ad illud scelus sectionis audenter accedere, inuentus est nemo, præter Antonium;

**gnatione.** præsertim cum tot essent circa hastam illam, qui alia omnia auderent: 4 unus inuentus est, qui id auderet, quod omnium fugisset & formidasset audacia, tatus igitur te stupor oppressit, vel, ut verius dicam,

**Pathos ab Antonij indi-** ret accedere, inuentus est nemo, præter Antonium; **gnatione.** præsertim cum tot essent circa hastam illam, qui alia omnia auderent: 4 unus inuentus est, qui id auderet, quod omnium fugisset & formidasset audacia, tatus igitur te stupor oppressit, vel, ut verius dicam,

**Exaggerat flagitium & furorē Anto-** nij à circūstantijs.

dicā, tantus furor, ut prīmū, cū sector sis isto loco + antiquus  
 conatus, deinde cū Pompeij sector, non te execrātus. codex sic  
 dū populo R. nō detestabilem, non omnes tibi deos, habet: Tan  
 omnes homines & esse inimicos, & futuros tū scias? tus furor  
 at quām insolēter statim heluo inuasit in eius viri primū, vt  
 fortunas, cuius virtute terribilior erat populus R. sector sis  
 exteris gentibus, iustitia charior. in eius igitur co= isto loco na  
 pias cū se subito ingurgit auīset, exultabat gaudio tus, deinde  
 persona de mimo, modo egens, repēte diues. sed, vt. vt Pompeij  
 est apud poetā nescio quem, Male parta male dilator. Nō  
 buntur incredibile ac simile portenti est, quonā mo te ex c.  
 do illa tam multa quām paucis non dico mensibus, + sciebas  
 sed diebus effuderit. maximus + vini numerus fuit, + Auri le  
 permagnū optimi pōdus argenti, pretiosa vestis, gendū, nō  
 multa & lauta supellex & magnifica multis locis, vīni.  
 non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abun  
 datis. horū paucis diebus nihil erat. quae Charybdis  
 tā vorax: Charybdin dico: quae si fuit, fuit animal  
 vnu. <sup>1</sup> Oceanus medius fidius vix videtur tot res, tā  
 dissipatas, tam distantib[us] in locis positas, tam cito  
 absorbere potuisse. nihil erat clausum, nihil obsig  
 natū, nihil scriptū: apothecæ totæ nequissimis ho  
 minibus condonabantur: <sup>2</sup> alia mimi rapiebant, alia  
 mīmæ: domus erat aleatoribus referta, plena ebrio  
 rum: totos dies potabatur, atque id locis pluribus:  
 suggerebantur etiam sape (non enim semper iste fe  
 lix) damna aleatoria: conchiliatis Cn. Pompeij peri  
 stromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.  
 quam=

<sup>1</sup> Amplificatio est ab hyperbolaru[m] cu[m]ulatione.

<sup>2</sup> Hypotyposis, id est luculentā descrip[ti]o luxurici Antonij.

quā mōbrem desinēte mirari hēc tam celeriter esse  
 consumpta non modo unius patrimonium, quanuis  
 amplum, ut illud fuit, sed urbes, & regna celeriter  
 tanta nequitia deuorare potuisset. at eiusdem aedes  
**Exclamatio** etiam & hortos. **o** audaciam immanem tu ingre-  
**indignabūda** di illam domum ausus es: tu illud sanctissimum li-  
**en ocul offi** men intrare? tu illarum aedium diis penatibus os im-  
**church . 201** portunissimum ostendere? quam domum aliquan-  
**in quā ho** diu nemo aspicere poterat, nemo sine lacrymis pre-  
**DI . 1073** terire, hac te in domo tam diu diversari non pudet?  
 in qua quamvis nihil sapias, tamen nihil tibi potest  
**Ab ornati** esse iucundum. **an** tu, illa vestibula, rostra, spolia  
**domus pom** cum aspexisti, domum tuam te introire & putas? sie  
**peij.**  
**T putasti** ri non potest: quamvis enim sine mente, sine sensu  
**A fictione.** sis, ut es; tamen & te, & tua, & tuos nosti. **nec**  
 vero te inquam neque vigilarem, neq; in somnis  
 credo mente posse consistere. necesse est, quamvis  
**4 A persona** sis, ut es, violentus, & furens, cum tibi obiecta sit 4  
**Pompeij.** **A** species singularis viri, perterritū te de somno exci-  
**qd de illo ois** tari, furere etiam saepe vigilarem. me quidem mi-  
**tris in melioris q** seret parietum ipsorum, atque tectorum: quid enim  
**anteriorum** inquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex  
 optimo more, & sanctissima disciplina: fuit enim  
 ille vir P.C. sicut scitis, cum foris clarus, tum domi  
**T exteris** admirandus; neque rebus & externis magis laudan-  
**T aedibus** dus, quam institutis domesticis. huius & in sedibus  
 pro cubiculis stabula, pro triclinijs popinæ sunt.  
**Ironiz.** Et si iam negat, nolite, nolite querere. **frugi fa-**  
**ctus**

Itus est. mimā illā suā suas res sibi habere iussit: ex  
 duodecim tabulis causam addidit: exegit. quām por  
 rō spectatus ciuis, quām probatus, cuius ex omni  
 vita nihil est honestius, quām quod cū mima fecit  
 diuortium. At quā crebro usurpat, & Consul, &  
 Antonius: hoc est dicere, & Consul, & impudicissi  
 mus, & Consul, & homo nequissimus. quid enim  
 est aliud Antonius: nam si dignitas significaretur in  
 nomine, dixisset aliquando credo avi tuus, & Con  
 sul, & Antonius. nunquam dixit, dixisset etiam col  
 lega meus, patruus tuus. nisi tū solus es Anto  
 nius. 2 sed omitto ea peccata, quae non sunt earum  
 partium propria, quibus tu Remp. vexauisti: ad ip  
 sis tuas partes redeo, id est ad ciuile bellum. quod  
 natum, conflatum, susceptum operatua est. cur ei  
 bello tum propter timiditatem tuam, & propter li  
 bidines defuisti: gustaras ciuilem sanguinem, vel  
 potius exorbueras: fueras in acie Pharsalica ante  
 signanus: L. Domitium, nobilissimum & clarissi  
 mum virum, occideras: multos, qui de prælio effuge  
 rant, quos Cæsar, ut nonnullos, fortasse seruasset,  
 crudelissime persecutus trucidaras. quibus rebus  
 tantis, talibus gestis, quid fuit causæ, cur in Afri  
 cam Cæsarem non sequerere, cum præsertim belli  
 pars tantā restaret? itaque quem locū apud ipsum  
 Cæsarem post eius ex Africa redditum obtinuisti:  
 quo numero fuisti: cuius tu imperatoris Quæstor  
 fueras, Dictatoris magister equitum, belli princeps  
 1. In sestatue Antonium q  
 in editis &  
 literis & Am  
 tonius & Con  
 sul copulati  
 ue scripserit.  
 2. tu solus  
 Occupatio  
 cum transfe  
 tione.  
 3. Irrides Ap  
 tonium &  
 am  
 Cæsare  
 quiesce  
 crusa

PHILIPPICA

eruditatis auctor, praedae socius, testameti, ut ipse dicebat, filius, appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. primo respondisti plane ferociter: et ne omnia videar contrate, propemodum æqua et iusta dicebas.

**Amplificatio per distributionem.**

C. Cæsar pecuniam: cur potius, quam ego ab illo: an ille sine me vicit? at ne potuit quidem. ego ad illū bellici ciuilis causam attuli; ego leges pernicioſas rogavi: ego arma contra Consules, imperatoresque populi R. contra senatum populumque; R. contra deos patrios, arasque; et focos, contra patriam tuli.

**Loetus à eo sequentibus.**

2 nū sibi soli vivit? quorū facinus commune, cur non sit eorum præda communis? ius postulabas. sed quid ad rem? plus ille poterat. itaque excusis tuis vocibus, et ad te, et

**+ ad præ-** + ad prædas tuas milites misit; cum repete a te prædes tuos, clara illa tabula prolatā, qui risus hominum de te Budæus leviterat: tantam esse tabulam, tam varias, tam multas git: et re= possessiones, 3 ex quibus, præter partem Niseni, nitem. Intelli= hil erat, quod is, qui auctionaretur, posset suum dīgit enim cere. auctionis vero miserabilis aspectus. vestis Poco, qui pro peij non multa, eaque maculosa, eiusdem quedam argenteum Antonio tea vasacollisa, sordidata mancipia: vt doloramus spoponde= quidquā esse ex illis reliquijs, quod videre possem. rant. hanc tamē auctionē hæredes L. Rubrij decreto Cæsar is prohibuerunt. hærebat nebulo: quod se vertet, non habebat. 4 quippe in his ipsis temporibus do

**3 menses**  
a circunstan-  
tijs.

**4 Antonium**  
ex Cæsar is  
Iulij accusat.

mi Cæsar is percussor ab isto missus deprehensus di- cebatur esse cum sica. de quo Cæsar in senatu, aper- te in

te in te inueniens, questus est. proficisciatur in Hispaniam Cæsar, paucis tibi ad soluendū propter inopiam tuā prorogatis diebus. ne tum quidem sequeris. tam bonus gladiator<sup>2</sup> rudem tā cito accepisti? hunc igitur quisquā, qui in suis partibus, id est in suis fortunis tam timidus fuerit, pertimescat<sup>3</sup> profectus est + tamen tandem aliquādo in Hispaniam, sed tuto, ut sit, peruenire non potuit. quonam modo igitur Dolabella peruenit<sup>4</sup>? aut non suscipienda fuit ista causa Antoni, aut, cum suscepisset, defendenda usque ad extremū. ter depugnauit Cæsar cū ciuibus, in Thessalia, Africa, Hispania. omnibus affuit his pugnis Dolabella: in Hispaniensi etiam vulnus accepit. si de meo iudicio queris, nolle<sup>5</sup>: sed tamen consiliū à primo reprehēdēdū, laudanda constantia. tu vero + quid censes? Cn. Pompeij liberi primū patriā repetebat. esto, fuerit partium hæc causa communis. + repebant præterea deos penates patrios, aras, focos, larem suum familiarem, in quæ tu inuaseras. hæc cum repeterent armis ij, quorum erant legibus; et si in rebus iniquissimis quid potest esse æqui<sup>6</sup>? tamen erat æquissimum contra Cn. Pompeij liberos Cn. Pompeij pugnare sectorem<sup>7</sup> an, tu Narbone in mensas hospitium cum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret<sup>8</sup>: qui vero Narbone redditus<sup>9</sup>? Et tamen quærebatur, cur ego ex ipso cursu tam subito reverti sem. exposui nuper P.C. causam redditus mei. + volui, si possem, etiam ante Calendas Ian. prodesse Reip.

## PHALIPPICA

Reip: n:m quo d quærebas, quo modo redissim: pri-  
 mum, luce, non tenebris: inde, cum calceis, & to-  
 + Gallicis, ga nullis nec + caligis, nec lacerna. at etiam aspi-  
 legendum cis me, & quidem, ut videris, iratus, n: tu iam me-  
 esse, non, ca cum in gratiam redeas, si scias, quam me pudeat ne  
 ligis, satis quicq: tuæ, cuius te ipsum non pudet. ex omnibus  
 constat ex omnium flagitijs nullum turpius vidi, nullum audi-  
 A. Gel. lib. ui qui magister equitum fuisse tibi viderere, in pro-  
 13.ca.20. ximum annum Consulatum peteres, vel potius ro-  
     gares, is per municipia, coloniasq: Gallie, à qua, cù  
 Consulatus noster petebatur, non rogabatur, pete-  
 + Gallicis re Consulatum solebamus, cum + caligis & lacer-  
 Attentionē na eucurristi. at videte leuitatem, cum hora diei  
 captat.  
 decima ferè ad saxa Rubra venisset, delituit in qua  
 dam cauponula, atque ibi se occultans perpotauit  
 ad vesperum. inde cito celeriter ad urbem adue-  
 2 Dialogismo etus, domum venit capite inuoluto. ianitor, quis  
 exornat nar-  
 gationem.  
 tu: à Marco tabellarius. confessim ad eam, cuius  
 causa venerat, deducitur, eiq: epistolam tradidit.  
 quam cum illa legenet flens, (erat enim amatorie  
 scripta: caput autem literarum, sibi cum illa mima  
 posthac nihil futurum, omnem se amorem abiecis-  
 + illius se + illinc, atque in hanc transfudisse) cum mulier  
 3 Ironia, fleret uberior, homo misericors ferre non potuit,  
 caput aperuit, in collum inuasit. ò hominem nequa:  
 (quid enim aliud dicam? magis proprie nihil pos-  
 sum dicere) ergo, ut te catamitum, neque opinato  
 cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, id  
 circa

circa urbem terrore nocturno, Italiā multorum  
 dierum metu perturbasti.<sup>1</sup> & domi quidē causam : <sup>1</sup> Noua naga  
 amoris habuit, foris etiam turpiorem, ne L. Plan= ratiuncula.  
 cus t̄ prædes suos venderet. productus autē in con= t̄ Corrupe  
 cionem à Tribuno pl. cum respondisses, te rei tuæ runt hūc lo  
 causa venisse, populum etiam dicacem in te reddi= cum, qui  
 disti. <sup>2</sup> sed nimis multa de nugis. ad maiora venia= hic prædas  
 mus. Cæsari ex Hispania redeunti obuiam longissi= tuas legen= me processisti: celeriter isti, & redisti, ut cognosce dum puta= ret te si minus fortē, attamen strenuum, factus es runt. Sic ea= ei rursus nescio quo modo familiaris. <sup>3</sup> habebat nim est in  
 hoc omnino Cæsar: quem planè perditum ære alie= Epistol ad  
 no, egentemq; si eundem nequam hominem, auda= Atticū: O= cemq; cognouerat, hunc in familiaritatem libetissi pinor An= me recipiebat. his igitur rebus præclare commēda= toniū pro= tus, iussus est renunciari Consul, & quidem cum pter præ= ipso. <sup>4</sup> nihil queror de Dolabellā, qui tum est impul des suos ac= sus, inductus, elusus. qua in re quāta fuerit utriusq; currisse.  
 vestrum perfidia in Dolabellam, quis ignorat? ille  
 induxit, ut peteret: promissum, & receptum inter=  
 uertit, ad seq; transstulit. tu eius perfidiæ voluntatē  
 tuam ascripsisti. veniunt Calendæ Ian. cogimur in  
 senatum: inuestus est copiosius multo in istum, &  
 paratius Dolabellā, quam nunc ego. hic autē iratus  
 que dixit dij boni: cum primum Cæsar ostendisset,  
 se prius, quam proficiseretur, Dolabellā Cōsulem  
 esse iussurū: <sup>5</sup> quem negant Regem, qui & faceret  
 semper eiusmodi aliquid, & diceret: sed cum Cæsar

<sup>2</sup> Correctio  
cum transi-  
tione.

<sup>3</sup> Cæsarem  
obiter pro-  
scindit atro-  
citer.

<sup>4</sup> Dolabellā  
excusat.

<sup>5</sup> Cæsar is ty  
rannidem in  
cessit.

## PHILIPPICA

ita dixisset, tum hic bonus Augur eo se sacerdotio  
præditum esse dixit, ut comitia auspicijs vel impe=

**8 Antonium stuporis ac-** dire, vel vitiare posset: idq; se facturum esse asseverauit. in quo primum incredibilem stupiditatē ho-

minis cognoscite. quid enim istuc, quod te sacerdo= tij iure facere posse dixisti; si Augur non essem, et Consul essem, minus facere potuisses? vide, ne etiam facilius: nos enim nunciationem solum habemus;

Consules, et reliqui magistratus etiam inspectionē.

est hoc imperite (nec enim ab homine nunquam so-

**9 Impudētiā Antonio im-** pugnit.

brio postulanda prudentia) sed videte impuden=

tiam. multis ante mensibus in senatu dixit, se Dolabellæ comitia aut prohibiturum auspicijs, aut id fa-

eturum esse, quod fecit. quisquam ne diuinare po=

test, quid vitij in auspicijs futurum sit, nisi qui de

cœlo seruare constituit? quod neque licet comitijs per leges: et, si quis seruauit, non habitis comitijs,

sed prius, quā habeantur, debet nunciare. 3 verū ine

plicata inscitia impudentia est; si nec scit, quod Au

gurem; nec facit, quod pudētem decet. atque ex illo

die recordamini eius usque ad Idus Mart. Consula

tum. quis unquam apparitor tam humilis, tam abie

itus nihil ipse poterat: omnia rogabat: caput in ad

uersam lecticam inferens, beneficia, quæ venderet,

et collega petebat. ecce Dolabellæ comitiorum dies,

sortitio prærogatiuae: quiescit. renunciatur: tacet.

prima classis vocatur, renunciatur: deinde, ut asso-

let, suffragia. tum secunda classis: quæ omnia citius

sunt

Sunt facta, quam dixi. confecto negotio bonus Augur, (Lælium dices) alio die, inquit. o impudentia singularem. quid videras? quid senseras? quid audieras? nec enim te de cœlo seruasse dixisti, neque hodie dicis. id igitur obuenit vitiū, quod tu iam Calendis Ian. futurum esse prævideras, & tanto ante prædixeras. ergo hercule magna, ut spero, tua potius, quam Reip. calamitate ementitus es auspicia, obstrinxisti populum R. religione, Augur Auguri, Cōsul Consuli obnūciauisti. nolo plura; ne acta Dolabellæ videar conuellere: quæ necessæ est aliquando ad nostrum collegium deferantur. <sup>1</sup> sed arrogatiā in solentiāq; cognoscite. quandiu tu voles, vitiosus Consul Dolabella: rursus, cum voles, saluis auspicijs creatus. si nihil est, cum Augur his verbis nunciat, quibus nunciasti: confitere te, cum, alio die, dixeris, sobrium non fuisse. sin est aliqua vis in istis verbis: ea que sit, Augur à collega requiro. <sup>2</sup> sed ne forte ex multis rebus gestis, M. Antonij rem unā pulcherrimā transfiliat oratio, ad Lupercalia veniamus. non dissimulat P. C. apparet esse commotum: sudat: pallet. quidlibet, modo ne nauseet, faciat: quod in porticu + Minutia fecit. quæ potest esse turpitudinis tantæ defensio? cupio audire; ut videam, ubi rhetoris tanta merces, ubi campus Leontinus appareat. sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus: ascendis: accedis ad sellā: ita eras

<sup>1</sup> Arrogatiā  
in solentiāq;  
Antoniuū ac-  
culat.

<sup>2</sup> Irridet An-  
tonium ama-  
rulentē.

- 28
- 1 Contentio. Lupercus, ut te esse Consulem meminisse deberes. 2 diadema ostēdis : gemitus toto foro. unde diadema non enim abiectum sustuleras, sed attuleras domo
- 2 Amplificat meditatum, & cogitatum scelus. 3 tu diadema im-  
fatum Anto- ponebas cum plangore populi, ille cum plausu reij-  
nij.
- 3 Subiectio ironica. bas, tu ergo unus scelerate inuentus es, qui, cum auctor regni esses, cum, quem collegam regni habebas, dominum habere velles, ex idem tentares, quid populus R. ferre, & pati posset. 3 at etiam miseri-  
cordiam captabas : supplex te ad pedes abiiciebas,  
quid petens? ut seruires? tibi uni peteres, qui ita à  
puero vixeras, ut omnia paterere, ut facile serui-  
res: à nobis populoq; R. mandatum id certe non ha-  
bebas. 4 ô præclaram illam eloquentiam tuam, cum  
es nudus concionatus. 5 quid hoc turpius? quid fœ-  
dius? quid supplicijs omnibus dignius? num expen-  
etas, dum te stimulis fodiam: hæc te, si ullam partē  
habes sensus, lacerat, hæc cruetat oratio. 6 vereor,  
ne immiuam summorum virorum gloriam: dicam  
tamen dolore commotus. nonne indignum est viue-  
re eum, qui imposuerit diadema, cum omnes fatean-  
tur iure imperfectum esse, qui abiecerit? 7 at etiam  
† inscribi iussit in fastis ad Lupercalia, C. Cæsari  
Dictatori perpetuo M. Antonium Consulem po-  
puli iussu regnum detulisse, Cæsarem uti noluisse.  
iamiam minime miror te otium perturbare, non  
modo urbem odisse, sed etiam lucem, cum perdi-  
tiissimis latronibus non solum de die, sed etiam in  
diem
- 4 Ironia.
- 5 Exaggera-  
tio facti An-  
tonij.
- 6 Per occu-  
pationē ostē-  
dit Antonium  
dignum esse  
qui vita pri-  
uecur.
- 7 Ab indi-  
gnitate argu-  
mentum.

diem vivere: ubi enim tu in pace consistes? qui locus  
tibi in legibus, et in iudiciis esse potest, quae tu, quam  
cum in te fuit, dominatu regio sustulisti? ideo ne L.  
Tarquinius exactus, Sp. Caſſius, Sp. Melius, M.  
Manlius necati, ut multis post seculis a M. Anto-  
nio, quod fas non est, Rex Romæ constitueretur:<sup>1</sup>  
sed ad auspicia redeamus. de quibus rebus Idibus  
Mart. fuit in senatu Cæſar acturus, quærum tu tu  
quid egisses? audiebam quidem te paratum venisse,  
quod me de ementitis auspicijs, quibus tamen pare-  
re necesse erat, putares esse dicturum sustulit illum  
diem fortuna populi R. num etiam tuum de auspi-  
cijs iudicium interitus Cæſaris sustulit? sed incidi in  
id tempus, quod ijs de rebus, in quas ingressa erat  
oratio, prætereundum non sit.<sup>2</sup> quæ tua fuga? quæ  
formido illo die?<sup>3</sup> quæ propter conscientiam scle-  
rum desperatio vite, cum ex illa fuga beneficio co-  
rum, quite, si sanus essem, saluum esse voluerunt,  
clam te domum recepisti?<sup>4</sup> ô mea frustra semper  
verissima auguria rerum futurarum, dicebam illis  
in Capitolio liberatoribus nostris, cum me ad te ire  
vellent, ut ad defendendam Remp. te adhortarer;  
quoad metueres, omnia te promissurum; simul ac  
timere desisses, similem te futurum tui. itaque cum  
ceteri consulares irent, redirent, insententia man-  
si, neque te illo die, neque postero vidi, neque ullam  
societatem optimis ciuibus cum importunissimo  
hoste foedere ullo confirmari posse credidi.<sup>4</sup> post

<sup>1</sup> Ad auspicia  
redit per cō-  
memoratio-  
nem.

<sup>2</sup> Odiosum  
est quod his  
narrat.

<sup>3</sup> Exclama-  
tio patetis-  
ca.

<sup>4</sup> Narrat qd  
Antonius a  
cēde Cæſaris  
fecerit.

diem tertium veni in ædem Telluris, & quidem  
 inuitus, cum omnes aditus armati obsiderent, qui  
 tibi ille dies M. Antoni fuit: quanquam mihi subito  
 inimicus extitisti: tamen me tui miseret, quod tibi  
 inuideris, qui tu vir, dij immortales, & quantus  
 fuisses, si illius diei mentem seruare potuisses: pacem  
 haberemus, quæ erat facta per obsidem puerum no-  
 bilem M. Antonij filium M. Bambalionis nepotem:  
 quanquam te bonum timor faciebat, non diuturni  
 magister officij; improbum fecit ea, quæ, dum ti-  
 + discessit, mor abest, a te non + discedit, audacia. et situm, cum  
 optimum te putabant me quidem dissentiente, fune-  
 ri tyranni illius sceleratissimi præfuisti. tua illa pul-  
 chralaudatio, tua miseratio, tua cohortatio. tu, tu  
 + quibus se illas faces incendisti, & eas, + quibus semiustula-  
 miustum - tus ille est; & eas, quibus incensa L. Bellieni domus  
 latus illius deflagravit. tu illos impetus perditorum hominū  
 est. & ex maxima parte seruorum, quos nos vi, ma-  
 nuq; repulimus, in nostros domus immisisti. idem  
 tamen quasi fuligine abstersa, reliquis diebus in  
 Capitolio preclara S. C. fecisti, ne qua post Idus  
 Mart. immunitatis tabula, nève cuiusquam bene-  
 ficij figeretur. meministi ipse, de exilibus; scis,  
 de immunitate quid dixeris. optimum vero, quod  
 Dictaturæ nomen in perpetuum de Rep. sustuli-  
 sti. quo quidem facto tantum te cepisse odium regni  
 videbatur, ut eius omnem propter proximum Di-  
 catoriem tolleres metū. constituta Resp. videbatur  
 alijs,

alijs, mihi vero nullo modo, qui omnia te gubernante naufragia metuebam. num igitur me fecellit? aut num diutius sui potuit esse dissimilis inspectantibus vobis toto Capitolio tabulae figebantur, neque solum singulis veniebant immunitates, sed etiam populis universis: ciuitas non tum + sigillatim, + singulare sed prouincijs totis dabatur. itaque si haec manent, time que stante Rep. manere non possunt: prouincias universas P. C. perdidistis, neque vectigalia solum, sed etiam imperium populi R. huius domesticis nundinis diminutum est. ubi est septies millies seftertiis quod in tabulis, que sunt ad Opis, patebat: funesta illius quidem pecuniae, sed tamen, si ijs, quorum erat, non redderetur, que nos a tributis posset vindicare. tu autem seftertium quadringenties, quod Idibus Mart. debuisti, quonammodo ante Calendas Apr. debere desististi? quid ego de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? sunt ea quidem innumerabilia, que a diuersis emebantur non insciente te: sed unum egregium de Rege Deiotaro populi R. amicissimo decreatum in Capitolio fixum. quo proposito, nemo erat, qui in ipso dolore risum posset continere; quis enim cuiquam inimicior, quam Deiotaro Caesar? aequa atque huic ordini, ut equestri, ut Massiliensibus, ut omnibus, quibus Remp. populi R. charam esse sentiebat. is igitur, a quo viuo nec praesens, nec absens quidquam aequi, boni impetravit, apud

t copilarat mortuum factus est gratiosus. t compellarat hospitem  
 præsens: computarat: pecuniam imperarat: in  
 eius tetrarchiam ex Græcis comitibus suis colloca-  
 rat: Armenia abstulerat à senatu datam. hæc vi-  
 nus eripuit, reddidit mortuus: at quibus verbis? mo-  
 do æquum sibi videri, modo non iniquum: mira ver-  
 borum complexio. at ille nunquam ( semper enim  
 absenti affui Deiotaro ) quidquam sibi, quod nos  
 pro illo postularemus, æquum dixit videri. syngra-  
 pha H-S centies per Legatos, viros bonos, sed timi-  
 dos, et imperitos, t sine Sexti, sine reliquorum ho-  
 quorum spitem Regis sententia, facta in Gynecæo, quo in  
 loco plurimæ res veniere, et veneunt. qua ex syn-  
 grapha quid sis acturus, meditere censeo: Rex  
 enim ipse sua sponte nullis commentarijs Cæsa-  
 ris, simul atque audiuit eius interitum, suo marte  
 Locus à iu res suas recuperavit. sciebat homo sapiens ius  
 genium. semper hoc fuisse, ut, quæ tyranni eripuissent, ex  
 tyrannis imperfectis ij, quibus erepta essent, recupe-  
 rarent. nemo igitur iureconsultus, ne iste qui-  
 2 Intelligit Sextium Clo-  
 dium.  
 3 Exaggera-  
 tio.  
 4 M. Tullius  
 5 Cato  
 6 Cato

dem, 2 qui tibi uni est iureconsultus, per quem hæc  
 agis, ex ista syngrapha deberi dicit pro ijs rebus,  
 quæ erant ante syngrapham recuperatae: non enim  
 a te emit, sed prius, quam tu suum sibi venderes,  
 ipse possedit. ille vir fuit, nos quidem contemnen-  
 di, qui auctore odi mus, acta defendimus. 3 quid ego  
 de commentarijs infinitis, quid de innumerabili-  
 bus chirographis loquar? quorum etiam imitatores  
 sunt,

Sunt, qui ea, ita quām gladiatorum libellos, palām venditent. itaque tanti acerui nummorum apud istum construuntur, ut iam appendantur, non numeretur pecuniae at quām cæca auaritia est. nuper fixa tabula est, qua ciuitates locupletissime Cretē sium vectigalibus liberātur, statuiturq; ne post M. Brutū Procoſulem sit Creta prouincia. tu mentis es compos? tu non conſtingendus? an Cæſaris decreto Creta post M. Bruti deceſſum potuit liberari, cū Creta nihil ad Brutum Cæſare viuo pertineret? <sup>2</sup> at huius venditione decreti (ne nihil actum putetis) prouinciam Cretā perdidisti. omnino nemo ullius rei fuit emptor, cui defuerit hic vēditor. & de exilibus legem, quam fixisti, Cæſar tulit? nullius inſector calamitatem: tantum queror, primum eorum reditus inquinatos, quorum causam dissimilem Cæſar iudicauerit: deinde nescio cur reliquis idem non tribuas: neq; enim plus quam tres, aut quatuor reliqui sunt, qui simili calamitate fuerint. cur tua misericordia simili non fruuntur? cur eos habes in loco patru? de quo ferre, cum de reliquis ferres, noluisti: quem etiam ad Censuram petendam impulisti, eamq; petitionem comparasti, quæ et risus hominum, & querelas moueret. cur autem ea comitia non habuisti? an quia Tribunus pl. fulmen sinistrū nunciabat? tua quid interest? nulla aufficia sunt tuorum, cum sis religiosus. quid? eundem in Septemviroatu non ne deſtituisti? interuenit enim. quem me

<sup>1</sup> Libelli gladiatorum in quib⁹ pugnæ gladiatorum descripti eant.

<sup>2</sup> Ironia amara, rulentia.

**T**unc necare tuisti? credo, ne saluo capite et negare non posses.  
omnibus eum contumelijs onerasti, quem patris loco, si in te vlla pietas esset, colere debebas. filia eius,  
**T**falsa conditione quæ sita, et ante perspecta non est satis: probri insinulasti pudicissimam foeminaam. quid est, quod addi possit? contentus eo non fuisti. frequentissimo senatu Calendis Ian. sedente patruo hanc tibi esse cum Dolabella odij causam ausus es dicere, quod ab eo sorori, et uxori tuae stuprum oblatum esse comperisses. quis interpretari potest, impudentior ne, qui in senatu; an improbior, qui in Dolabellam; an impurior, qui patre audiente; an crudelior, qui in illam miseram tam spurce, tam impie dixeris: sed ad chirographa redeamus. quæ fuit tua cognitio? acta enim Cæsaris pacis causa confirmata sunt à senatu, quæ quidem Cæsar egisset, non ea, quæ Cæsarem egisse dixisset Antonius. unde ista erumpunt? quo auctore proferruntur? si sunt falsa, cur probantur? si vera, cur veneunt? at sic placuerat, ut ex Calendis Iun. de Cæsaris actis cum consilio cognosceretis. quod fuit consilium? quem inquam aduocasti? quas Calendas Iun. expectasti? an eas, ad quas te peragratis veterano-

**2** Irrisio.

**T**Vide nū legendum, Capuā colo- rum colonijs, stipatum armis retulisti? **2** ò preclarum illam percusationem tuam mense Aprili atq; Maio, tum, cum etiam Capuam t deducere conatus es. quemadmodū illam adieris, vel potius penè non tiam dedu- adieris, scimus. cui tu urbi minutaris. utinam concer- re, ut

re, ut aliquando illud, penè, tollatur, atque nobilita  
 ta sit tua illa peregrinatio: quid prandiorum appa-  
 ratus? quid furiosam vinolentiam tuam proferam?  
 tua ista detrimenta sunt, illa nostra. agrum Campa-  
 num, qui cum de vectigalibus eximebatur, ut militi-  
 bus daretur, tamen infligi magnum Reip. vulnus  
 putabamus; hunc tu compransoribus tuis, & collu-  
 soribus diuidebas. mimos dico, & mimas in agro  
 P. C. Campano collocatos. <sup>1</sup> quid iam querar de a-  
 gro Leontino? quandoquidem hæ quondam ara-  
 tiones Campani, & Leontini in populi Roma. pa-  
 trimonio glandiferæ, & fructuosa cerebantur.  
 medico tria millia iugera, quasi te sanum feci-  
 set; rhetori duo, quasi disertum facere potuisset. <sup>2</sup> Corre<sup>ctio</sup>  
 sed ad iter, Italiamque redeamus. deduxisti co-  
 loniam Casilinum, quò Cæsar ante deduxerat.  
 consulisti per literas de Capua tu quidem, sed  
 idem de Castlino respondissem, posses ne, ubi  
 colonia esset, eò coloniam nouam iure deducere?  
 negavi in eam coloniam, quæ esset auspicio de-  
 ducta, dum esset incolumis, coloniam nouam iure  
 deduci: colonos nouos ascribi posse, rescripsi. tu  
 autem insolentia elatus, omni auspiciorum iure  
 turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quò erat  
 paucis annis ante deducta, ut vexillum videres,  
 & aratum circunduceret: cuius quidem vomere  
 portam Capuae penè perstrinxisti, ut florentis co-  
 loniae territorium minueretur. ab hac religionum  
 per-

<sup>Dissimilans</sup>

<sup>1</sup> Agrū Leon-  
 tinum ab An-  
 tonio in pri-  
 uatum vium  
 redactum de-  
 nat.

<sup>2</sup> Corre<sup>ctio</sup>

perturbatione aduolas in M. Varronis sanctissimi,  
**1 Inopinatū.** atq; integerrimi viri fundum Cassinatē: i quo iure  
 quo ore: eodem, inquietes, quo in h̄eredum L. Rubrijs,  
 quo in h̄eredū L. Tursecij pr̄edia, quo in reliquas  
 innumerabiles possessiones. & si ab hastā, valeant  
 tabulæ, modo Cæsaris, non tuæ, quibus debuisti, nō  
 quibus tute te liberauisti. Varronis quidem Cassi-  
 natem fundum quis venisse dicit? quis hastam istius  
**2 Antonij ob-  
 iectio.** venditionis vidit? quis vocem præconis audiuit? a  
 misisse te dicis Alexandriam, qui emeret à Cæsare.

**3 Responso** ipsum enim expectare magnum fuit. 3 quis vero  
 Ciceronis ro-  
 mica. audiuit unquam (nullius autem salus curæ pluribus  
 fuit) de fortunis Varronis rem ullam esse detra-  
 ctam: quod si etiam scripsit ad te Cæsar, ut redde-  
 res: quid satis potest dici de tanta impudentia: remo-  
 ne gladios illos parumper, quos videmus: iam intel-  
 liges aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confi-  
 dentiæ, & temeritatis tuæ: non enim te dominus mo-  
 do illis sedibus, sed quiuis amicus, vicinus, hospes,  
 procurator arcebit. at quām multos dies in ea villa  
 turpissime est perbacchatus: ab hora tertia bibeba-

**4 Exclama-  
 tio patheti-  
 ca.** tur, ludebatur, vomebatur. 4 ò tecta ipsa misera,  
 quām dispari domino: quanquam quo modo iste do-  
 minus: sed tamen quām à dispari tenebantur: studio  
 rum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non  
 libidinum, diuersorium. quæ in illa villa ante dice-  
 bantur? quæ literis mandabantur? iura populi  
 Romani, monumenta maiorum, omnis sapientiæ  
 ratio,

ratio, omnisq; doctrina. at uero te inquilino (non  
 enim domino) personabant omnia vocibus ebrio-  
 rum, natabant pavimenta vino, madebant parietes <sup>1 Hypotypes</sup>  
 sis.  
 ingenui pueri cum meritorijs, scorta inter matres  
 familias versabantur. <sup>†</sup> Cassino salutatum venie-  
 bat, Aquino, Interamna: admissus est nemo: iure id  
 quidem: in homine enim turpissimo <sup>†</sup> obsolescebat <sup>†</sup> obsole-  
 dignitatis insignia. cum inde Romam proficiscens bant,  
 ad Aquinum accederet, obuiam ei processit, ut est  
 frequens municipium, magna sanè multitudo. at  
 iste operta lectica latus est per oppidum, ut mor-  
 tuus stulte Aquinates: sed tamen in via habitabat.  
 quid Anagnini: qui cum essent deuij, obuiam ei de-  
 scenderunt, ut istum, tanquam si esset Consul, salu-  
 tarent. <sup>†</sup> incredibile dictu est, tamen inter omnes <sup>†</sup> incredibi-  
 constabat, neminem esse resalutatum, præsertim  
 enī duos secum Agnagninos haberet, Mustellam,  
 & Laconem, quorum alter gladiatorum est prin-  
 ceps, alter poculorum. <sup>2</sup> quid ego illas istius mi-  
 nias, contumeliasq; commemorem, quibus inuestus  
 est in Sidicinos, vexauit puteolanos, quod C. Cas-  
 sium, quod Brutos patronos adoptassent, magno  
 quidem iudicio, studio, benevolentia, charita-  
 te, non, ut te, ut <sup>†</sup> Basiliū, vi & armis, & a-  
 lios vestrisimiles, quos clientes nemo habere velit,  
 non modo esse illorum cliens. interea dum tu  
 abes, qui dies ille collegæ tui, cum illud, quod tu  
 venerari solebas, bustum in foro cuerit: qua re  
 tibi

<sup>†</sup> Basillum.

<sup>2</sup> Occupatio.

tibi nunciata, ut constabat inter eos, qui una fuerunt, concidisti. quid euenerit postea, nescio. metum credo valuisse, et arma collegam quidem de caelo detraxisti; effecistiq; non tu quidem etiam nunc, ut

**¶ Qualis redi-  
tus Antonij  
fuerit Romā  
stendit.**

**¶ Ab exēplis  
exaggerat  
crudelitatē  
Antonij.**

**¶ Sicas**

**¶ Locus adi-  
xione.**

fit similis tui, sed certe ut dissimilis esset sui. qui vero reditus inde Romam? que perturbatio totius urbis? memineramus Cinnam nimis potentem: Syllam postea dominantem, modò Cæsarem regnatum videramus. erant fortasse gladij, sed iij absconditi, nec ita multi: ista vero que, et quanta barbaria est agmine quadrato cum gladijs sequuntur scutati milites: tlecticas portari videmus. atque his quidem iam inueteratis P. C. consuetudine obdurimus: Calendis Iun. cum in senatum, ut erat constitutum, venire vellemus, metu perterriti repente diffugimus. at iste, qui senatu non egeret, neq; desiderauit quenquam, et potius discessu nostro laetatus est statimq; illa mirabilia facinora effecit: qui chirographa Cæsar is defendisset lucri sui causa, is leges Cæsar is, easque præclaras, ut Remp. concutere posset, euertit: numerum annorum prouincijs prorogauit: idemq; cum actorum Cæsar is defensor esse debet, et in publicis, et in priuatis rebus acta Cæsar is rescidit. 3 in publicis actis nihil est lege grauius: in priuatis firmissimum est testamentum. leges alias sine promulgatione sustulit; alias ut tolleret, promulgatas promulgavit: testamentum irritum fecit: quod etiam infimis ciuibus semper obtentum est.

est signa, tabulas, quas populo Cæsar una cum hor  
tis legauit, eas hic partim in hortos Pompeij depo  
rtauit, partim in villam Scipionis. ex tu in Cæsar is  
memoria diligens? tu illum amas mortuum? quem  
is maiorem honorem consecutus erat, quam ut ha  
beret puluinar, simulacrū, fastigium, flaminem? est  
ergo flamen, ut Ioui, ut Marti, ut Quirino, sic di  
uo Iulio M. Antonius. 1 quid igitur cessas? cur non  
inaugurare? sume diem: vide, qui te inauguret: colle  
ge sumus: nemo negabit. 2 ô detestabilem hominem,  
siue quòd tyrāni sacerdos es, siue quòd mortui. que  
ro deinceps, num, hodiernus dies qui sit, ignores? ne  
scis heri quartum in circo diem ludorum Romano=rum  
fuisse? te ipsum autem ad populum tulisse, ut  
quintus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non  
sumus prætextati? cur honorem Cæsari tua lege da  
tum deserri patimur? an, supplicationes addendo, diē  
contaminari passus, puluinaria noluisti? aut vndiq;  
religionem tolle, aut usquequaq; conserua. quæres,  
placeat ne mihi puluinar esse, fastigium, flaminem?  
mihi vero nihil istorum placet. sed tu, qui acta Cæ  
sar is defendis, quid potes dicere, cur alia defendas,  
alia non cures? nisi forte vis fateri, te omnia quæstu  
tuo, non illius dignitate metiri. quid ad hæc tandem?  
expecto enim eloquentiam tuam. disertissimū cog=  
noui auum tuū, at te etiam apertiorem in dicendo.  
ille nunquam nudus est concionatus: tuū hominis  
simplicis pectus vidimus. respōdebis ne ad hæc, aut

omnino

1 Ironia acer  
ba & tacita  
insectatio ty  
rannidis An  
tonij.  
2 Exclamatio  
pathetica.

ominino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione mea, cuite respondere posse confidas? sed præterita omittamus. hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes. cur armatorum corona senatus septus est? cur me tui satellites cum gladijs audiunt? cur valueæ Concordie non patent? cur homines omnium gentium, maxime barbaros Ithyreos, cum sagittis deducis in forum? præsidij sui causa se facere dicit. non ne igitur milles perire est melius, quam in sua ciuitate sine armorum præsidio non posse viuere? sed nullum est istuc, mihi crede, præsidium charitate, & benevolentia ciuium septum oportet esse, non armis. eripiet, extorquebit tibi ista populus Rom. utinam saluis nobis: sed quoquo modo nobiscum egeris; dum istis cōfilijs vteris, non potes esse, mihi crede, diuturnus:

**4 Minatur Antonio ex*xi*  
et iuri brevi  
futurum.**

etenim ista tua minime auara coniux, quam ego si ne contumelia describo, nimium debet diu populo Rom. pensionem tertiam. habet populus Roma. ad quos gubernacula Reip. deferat: qui ubicunque terrarum sunt, ibi est omne Reip præsidium, vel potius ipsa Resp. quæ se adhuc tantummodo vta est, non dum recuperavit. habet quidem certe Resp. adolescentes nobilissimos, paratos defensores. quæ volent, illi cedant, otio consulentes: tamen à Rep. re-

**5 A dulcedi-  
ne pacis ar-  
gumentum.**

uocabuntur. & nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris. sed inter pacem & seruitutem plurimum

mum interest. pax est tranquilla libertas: seruitus  
 malorum omnium postremum, non modo bello, sed  
 morte etiam repellendum. quod si se ipsos illi no-  
 stri liberatores è conspectu nostro abstulerunt: at  
 exemplum facti reliquerunt illi, quod nemo fece-  
 rat, fecerunt. Tarquinium Brutus bello est persecu-  
 tus: qui tamen Rex fuit, cum esse Romæ Regem lis-  
 cebat. sp. Cassius, sp. Melius, M. Manlius propter  
 suspicionem regni appetendi sunt necati. hi primi  
 cum gladiis non in regnum appetentem, sed in re-  
 gnantem impetum fecerunt. quod cum ipsum fa-  
 ctum per se præclarum, atque diuinum est, tum ex-  
 positum ad imitandum, 2 presentim cum illi eam  
 gloriam consecuti sint, quæ vix cœlo capi posse vi-  
 deatur. et si enim satis in ipsa conscientia pulcherri-  
 mi facti fructus erat, tamen immortalitatem non ar-  
 bitror contemnendam. 3 recordare illum M. Anto-  
 ni diem, quo Dictaturam sustulisti: pone ante oculi  
 los letitiam senatus populiq; R. confer cum num-  
 mationetua tuorumq; tum intelliges, quantum in-  
 ter laudem & lucrum interset. 4 sed nimirum, ut 4 A simili  
 quidam morbo aliquo, & sensus stupore suauita-  
 tem cibi non sentiunt, sic libidinosi, auari, facino-  
 rosi veræ laudis gustum non habent. 5 sed si te laus 5 Subiectio.  
 allicere ad recte faciendum non potest, ne metus 6 Dilettatio.  
 quidem à foedissimis factis potest auocare 6 iudicij  
 cia non metuis: si propter innocentiam, laudo, si  
 propter vim, non intelligis, ei qui isto modo iudicia

Ab exēple  
 facti, id est  
 Cæsar's mi-  
 natus exitiū.

2. A laudabi-  
 li argumen-  
 tum.

3 Est locus  
 ab ante fa-  
 ctis honestis  
 & laudabili-  
 bus Antonij.

4 A simili  
 expositio.

5 Subiectio.

6 Dilettatio.

<sup>1</sup> Argumētū non timeat, quid timendum sit. <sup>1</sup> quod si nō metuis  
a periculo. viros fortes, egrégiosq; ciues, quod à corpore tuo  
prohibentur armis: tu te, mihi crede, diutius non fe-

<sup>t</sup> Quid est rent. <sup>t</sup> quae est autem vita, dies et noctes timere &  
autem, mul suis: n si vero aut maioribus habes beneficijs obliga-  
tos dies, et nos, quam ille quosdam habuit, à quibus est interfe-  
noctes. Et ceterus: aut tu es vllare cum eo comparandus: fuit in  
illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio,  
diligentia: res bello gesserat, quamvis Reip. calamite-  
tis, attamen magnas: multos annos regnare est  
meditatus: magno labore, magnis periculis, quod co-  
gitarat, effecerat: muneribus, monumentis, congia-  
rijs, epulis multitudinem imperitam lenierat: suos  
præmijs, aduersarios clementie specie deuinxerat.  
quid multa: attulerat iam liberæ ciuitati partim

<sup>2</sup> Collatio. metu, partim patientia consuetudinem seruendi. <sup>2</sup>  
<sup>C</sup>esaris & cum illo ego te dominandi cupiditate conferre pos-  
<sup>A</sup>ntonij de sum: ceteris vero rebus nullo modo es comparan-  
dus: sed ex plurimis malis, que ab illo Reip. sunt  
inusta, hoc tamē boni est, quod didicit iam populus

<sup>iliam A</sup> Re: quantum cuique crederet, quibus se committe-  
ret, a quibus caueret. haec igitur non cogitas: nec in-  
telligis satis esse viris fortibus didicisse, quā sit pul-  
chrum beneficio gratum, fama gloriosum tyrannū

<sup>3</sup> Argumētū occidere: <sup>3</sup> an, cum illum homines non tulerint, te  
amaore: ad ferent certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus  
minus. curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. re-  
spice queso aliquando Remp. M. Antoni. qui has  
ortus

ortus sis, non quibuscum viuas, considera: mecum  
ut voles, cum Rep. redi in gratiam. sed de te tu ipse  
videris: ego de me ipso profitebor. defendi Remp.  
adolescens, non deseram senex: contempti Catilinæ  
gladios, non pertimescam tuos. quin etiam corpus  
libenter obtulerim, si repraesentari morte mea li-  
bertas ciuitatis potest; ut aliquando dolor populi  
R. pariat, quod iam diu parturit. etenim si ab hinc  
annos propè viginti hoc ipso in tēplo negauit posse  
mortem immaturam esse Consulari: quanto verius  
nunc negabo seni? mihi vero P.C. iam etiam optan-  
da mors est perfuncto rebus eis, quas adeptus sum,  
quasq; geſſi. duo modo hec opto: unum, ut moriens  
populum R. liberum relinquam; hoc mihi maius  
à dijs immortalibus dari nihil potest: alte-  
rum, ut ita cuique eueniat, ut de Rep.

quisque mereat-  
tur.

## M 2 NONAE

NONAE IN M. AN-  
TONIVM PHILIPPICAE  
ARGVMENTVM.

CVM esset Romæ lex, vt ijs qui in legatione Reip. imperfecti essent, statua in Rostris poneretur: & Ser. Sulpitius, orator & Iurisconsultus eximius, in ipsa ad M. Antonium, Mutinam obsidione graui prementē, legatione diem suum obijsset, de quæ honore ei habendo, in Senatu ageretur; C. Pansa Cos. & Cicero statuam ei decreuerunt. Huic sententiæ P. Seruilius intercessit; quod lege nulli, nisi ei qui in legatione imperfectus esset, statua poni deberet: sepulchro tamen publico honorari (quasi is honor statua posita minor esset) censuit. Huius igitur sententiam refellit Cicero hac oratione, suadetq; Sulpitio (ex sententia & voluntate maiorum, qui non genus mortis, sed causam spectari voluerunt) statuam pedestrem æneam ex decreto Senatus ponēdam esse: & sepulchrum quoque cum elogio de publica pecunia facendum. Est autem suasoria hæc Oratio. Statutus scripti & voluntatis. Quæritur enim an cùm lex sit, vt ijs qui in legatione imperfecti fuerint, statua ponatur: Sulpitio, qui in legatione mortuus est, non imperfectus, sit statua

statua ponenda? Cicero ponendam esse dicit, idque ex causis confirmat.

## IN M. ANTONIVM PHILIPPICA NONA.

**V**erum, i dij immortales fecissent P. C. ut viuo potius Ser. Sulpitio gratias ageremus, quā mortuo honores quæreremus. nec vero dubito, quin, si ille vir Legationē renūciare potuisset, reditus eius ex nobis gratus fuerit, ex Reip. salutaris futurus: 2 nō quo L. Philippo, & L. Pisoni aut studiū, aut cura defuerit in tāto officio, tātoq; munere: sed cū Ser. Sulpitius etate illis anteiret, sapiētia omnibus, subito ereptus ē causa totā Legationē orbā, & debilitatā reliquit. 3 quod si cuiquā iustus honos habitus est in morte Legato, 4 in nullo iustior, quām in Ser. Sulpitio reperietur. cæteri, qui in Legatione mortē obierūt, ad incertū viā periculum sine ullo mortis metu profecti sunt: Ser. Sulpitius cū aliqua perueniēdi ad M. Antoniū spē profectus est, nulla reuertēdi. qui cū ita affectus esset, ut, si ad grauē valetudinē labor viæ accessisset, sibi ipse diffideret: nō recusauit, quo minus vel in extremo spiritu, si quā opē Reip. ferre posset, ex periretur. itaq; nō illū vis hiemis, nō niues, nō longitudo itineris, nō asperitas viarū, nō morbus ingra-

i Incipit à querela de morte Sulpitiij. Est officiosum exordiū, & proinde benevolētia dignum.

2 Ocurrunt offensioni, & interpretatur quod dixit.

3 Iam aggre ditur & laudat Sulpitium. & meritum eius amplificat.

4 Id quod propoīuit per contētiōnē explanat.

PHILIPPICA

uestiens retardauit: cūq; iam ad congressum, collo-  
quiūq; eius peruenisset, ad quem erat missus, in ipsa  
cura, & meditatione obeundi sui muneris exceſſit

<sup>1</sup> Abrumpit hunc locum,  
& transit ad reprehendē  
dam Seruiliū sententiam.  
<sup>2</sup> Ut igitur alia sic hoc Panſa p̄eclare, quod  
nos ad ornandū Ser. Sulpitiū cohortatus es, & ipſe  
multa copioſe de illius laude dixisti. quibus à te di-  
ctis, nihil p̄aeter ſententiā dicerē, niſi P. Seruilio re-  
ſpondendū putare: qui hunc honorē ſtatuae nemini  
tribuendū censuit, niſi qui ferro eſſet in Legatione  
interfectus. ego autem P.C. ſic interpreter ſenſiſſe  
maiores noſtros, <sup>2</sup> ut cauſam mortis cēſuerint, nō  
genus eſſe querendū. etenim cui Legatio ipſa morti  
fuſſet, eius monumentū extare voluerunt, ut in bel-  
lis periculosis obirent homines Legationis munus  
audacius. non igitur exempla maiorum querenda,  
ſed conſilium eſt eorū, à quo ipſa exēpla nata ſunt,

<sup>†</sup> Lartes Tolūnius explicandum. <sup>†</sup> Lar Tolumnius Rex Veientū qua-  
tuor Legatos populi R. Fidenis interemit: quorum  
ſtatuae in Roſtris ſteterūt uſque ad noſtrā memo-  
riam. iuſtus honos: ijs enim maiores noſtri, qui ob  
Remp. mortē obierant, pro breui vita diuturnā me-  
moriā reddiderunt. Cn. Octauij, clari et magni vi-  
ri, qui primus in eam familiā, quae poſtea viris for-  
tiſſimis floruit, attulit Consulatum, ſtatua videmus  
in Roſtris. <sup>3</sup> nemo enim tum nouitati inuidēbat, ne  
mo virtutem nō honorabat. at ea fuit Legatio Octa-  
uij, in qua periculi uſpicio non ſubeffet: nam cum  
eſſet miſſus à ſenatu ad animos Regum perſpicien-

<sup>4</sup> Hoc obiter dicit ad cor-  
reptionē ſuo  
gum tēporū.

dos,

dos, liberorumq; populorum, maximeq; ut nepotē  
 Antiochi Regis, eius, qui cum maioribus nostris bel-  
 lum gesserat, classes habere, elephantos alere prohi-  
 beret; Laodiceæ in gymnasio à quodam Leptine est  
 imperfectus. redditæ est ei tum à maioribus statua  
 pro vita, quæ multos per annos progeniem eius ho-  
 nestaret, nunc ad tantæ familiæ memoriam sola restat  
 ret. atque ex huic, ex Tullo Clivio, ex L. Roscio, ex  
 Sp. Antio, ex C. Fulcinio, qui à Veiëtium Rege cœsi  
 sunt, nō sanguis, qui est profusus in morte, sed ipsa  
 mors ob Remp. obita, honori fuit. itaque P. C. si  
 Ser. Sulpitio casus morte attulisset, dolorē equidem  
 tanto Reip. vulnere, morte vero eius nō monumen-  
 tis, sed luctu publico esse honorandam putare.<sup>1</sup> nūc  
 autem quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa  
 Legatio: secū enim ille mortem extulit: quam, si no-  
 bicum remansisset, sua cura, optimi filij, fidelissimæ  
 coniugis diligentia vitare potuisset. at ille, cum vi-  
 deret, si vestræ auctoritati non paruisset, dissimile  
 se futurum sui, sed munus sibi illud pro Rep. suscep-  
 ptum vitæ finem allaturum: maluit in maximo po-  
 puli R. discrimine mori, quam minus, quam potuisset,  
 videri Reip. profuisse. multis illi in verbibus, qua  
 iter faciebat, reficiendi se, ex curandi potestas  
 fuit: aderat ex hospitum invitatio liberalis pro  
 dignitate summi viri, et eorum hortatio, qui una  
 erant misi, ad requiescendum, et vite sue con-  
 sulendum. at ille properans, festinansq; mandata

Concludit  
 & confirmas  
 Sulpitiū ex  
 legatione ob  
 iisse & stu-  
 dium eius in  
 Remp. com-  
 mendat.

PHILIPPICA

nostra confidere cupiens, in hac constantia morbo aduersante perseverauit. cuius cum aduetu maxime perturbatus esset Antonius, quod ea, que sibi iussu nostro denunciarentur, auctoritate erant & sententia Ser. Sulpitij constituta declarauit, quam odiisset senatum, cum auctore senatus extinctu, late,

<sup>1</sup> Interpreta  
tur mortem  
Sulpitio alla  
tam.

<sup>2</sup> Aliud ar-  
gumentū ex  
sequo, & hæc  
omnia ad qua-  
litatem perti-  
nent.

<sup>3</sup> Argumētū  
qualitatis ab  
utili, ad quā  
reuerritur.

<sup>4</sup> Approba-  
tio ex finitio  
ne.

<sup>5</sup> Hunc locū  
declarat.

<sup>6</sup> Liberius  
loquitur.

~~magis~~

<sup>7</sup> Ré ipsam  
cōmemorat  
restifandi  
causa.

te, atque insolenter tulit. <sup>1</sup> non igitur magis Octa-  
vium Leptines, nec Veientium Rex eos, quos modo  
nominauit, quā Ser. Sulpitiū occidit. Antonius : <sup>2</sup> is  
enim profecto morte attulit, qui causa mortis fuit. <sup>3</sup>  
quocirca ad posteritatis etiam memoriam pertine-  
re arbitror, extare quod fuerit de hoc bello iudiciū  
senatus: erit enim statua ipsa testis, bellum tam gra-  
ue fuisse, ut Legati interitus honoris memoriā con-  
secutus sit. <sup>4</sup> quod si excusationē Ser. Sulpitij P. C.  
Legationis obeundæ recordari volueritis, nulla di-  
bitatio relinquetur, quin honore mortuo, quam vi-  
uo iniuriam fecimus, sarciamus. <sup>5</sup> vos enim P. C.  
(graue dictu est, <sup>6</sup> sed dicendum tamē) vos, inquā,  
Ser. Sulpitium vita priuastis. quem cum videretis  
se magis morbo, quam oratione excusantem, non  
vos quidem crudeles fuistis: quid enim minus in hūc  
ordinem cōuenit? sed cum speraretis nihil esse, quod  
non illius auctoritate, & sapientia effici posset, ve-  
hementius excusationi obstitistis, atque eum, qui  
semper vestrū cōsensum grauissimum iudicauisset,  
de sentētia deiecistis. <sup>7</sup> ut vero p̄ansæ Cōsulis acces-  
sit cohortatio grauior, quā aures Ser. Sulpitij ferre  
didicissent,

didicissent, tum filium meq; item seduxit, atque ita locutus est, vt auctoritatem vestram vitæ suæ se diceret anteferre. cuius nos virtutem admirati, non ausi sumus eius aduersari voluntati. mouebatur singulari pietate filius: non multum eius perturbationi meus dolor concedebat: sed uterque nostrum cedere cogebatur magnitudini animi, orationisq; gratitati, cum quidem ille maxima laude, et gratulatione omnium vestrum pollicitus est, se, quod velle tis, esse facturum, neque eius sententiae periculum vietatum, cuius ipse auctor fuisset. quem exequi mā data vestra properantem manè postridie prosecuti sumus. qui quidem discedens necum ita locutus est, ut eius oratio omen fati videretur: reddite igitur P.C. ei vitam, cui ademistis: vita enim mortuum in memoria viuorum est posita. perficite, ut is, quem vos ad mortem inscij misistis, immortalitatē habeat à vobis. cui si statuam in Rostris decreto vestro statueritis, nulla eius + Legationem posteri + legiationis inobscurabit obliuio. nam reliqua Ser. Sulnis posteri pitij vita multis erit præclarisq; monumentis ad tate inob omnem memoriam commendata. semper illius grā scurabit. uitatem, constantiam, fidem, præstantiam, in Rep. tuenda curam, atque prudentiā, omniū mortalium fama celebrabit. nec vero silebitur admirabilis quædā, et incredibilis, et penē diuina eius in legibus interpretādis, et equitate + explicanda scientia. omnes ex omni ætate, qui hac in ciuitate intelligentiā iuris dis.

<sup>2</sup> Conclusio  
cum cohori-  
tatione.

<sup>2</sup> Deiabit ad  
ceteras lau-  
des Sulpitij  
hic locus su-  
mitur extra  
causam  
+ explican-

## PHALIPPICA

habuerunt; si vnu in locum conferantur, cum Ser.  
 Sulpitio non sunt comparandi: neque enim ille ma-  
 gis iuris consultus, quam iustitiae fuit; itaque que  
 proficisciabantur à legibus, et à iure ciuili, semper  
 ad facilitatem, equitatemq; referebat, neque consti-  
 tuere litium actiones malebat, quam controuersias  
 tollere. ergo hoc statuē monumento non eget: ha-  
 bet alia maiora hæc enim statua mortis honestæ te-  
 stis erit, illa memoria vitæ gloriose: ut hoc magis  
 monumentum grati senatus quam clari viri futu-  
 rum sit. multum etiam valuisse ad patris honorem  
 pietas filij videbitur; qui quanquam afflictus luctu  
 non adest, tamen sic animati esse debetis, ut ille si a-  
 desset, est autem ita affectus, ut nemo unquam uni-  
 ci filij morte magis doluerit, quam ille moeret patris.  
 Evidem etiam ad fantam Ser. Sulpitiij filij arbitror  
 attinere, ut videatur honorem debitum patri pre-  
 stitisse. quanquam nullum monumentū clariss Ser.  
 Sulpitius relinquere potuerat, quam effigiem morū  
 suorum, virtutis, constantie, pietatis, ingenij filiū:  
 cuius luctus aut honore vestro, aut millo solatio le-  
 uari potest. mihi autem recordati Ser. Sulpitiij mul-  
 defuncti, ex  
 eius etiam  
 ribus pede-  
 strum statuā  
 confirmat.  
 A voluntate  
 defuncti, ex  
 eius etiam  
 ribus pede-  
 strum statuā  
 confirmat.  
 uari potest. mihi autem recordati Ser. Sulpitiij mul-  
 tos in nostra familiaritate sermones, gravior illi vi-  
 detur, si quis est sensus in morte, et ea statua futura  
 et ea pedestris magis, quam inaurata equestris, qua-  
 lis est L. Sylla prima statua: magnifice enim Ser. Sul-  
 pitius maiorum continentiam diligebat, huius se-  
 culi insolentiam vituperabat. ut igitur ipsum co-  
 sulans

Salam quid velit, sic pedestrem ex ære statuam tan  
 quam ex eius auctoritate & voluntate decerno:  
 que quidem magnum ciuium dolorem, et desideriū  
 honore monumenti minuet, & leniet. <sup>1</sup> atque hanc  
 meam sententiam P.C.P. Seruiliū sententia probari  
 necesse est: qui sepulcrum publice decernendū Ser.  
 Sulpitio censuit, statuam non censuit. <sup>2</sup> nā si mors  
 Legati sine cæde, atque ferro nullum honorem desi  
 derat: cur decernit honorem sepulturæ, qui maxi  
 mus haberi potest mortuo? sin id tribuit Ser. Sulpitio,  
 quod non est datum Cn. Octavio: cur, quod illi  
 datum est, huic dandum esse non censem <sup>3</sup> maiores  
 quidem nostri statuas multis decreuerunt, sepul  
 cra paucis <sup>3</sup> sed statuæ intercunt tempestate, vi,  
 vetustate: sepulcrorum autem sanctitas in ipso  
 solo est, quod nulla vi moueri, neque deleri potest.  
 atque ut cætera extinguntur, sic sepulcræ fiunt  
 sanctiora vetustate. <sup>4</sup> augeatur igitur isto etiam <sup>4</sup> Concludit  
 honore is vir, cui nullus honor tribui non debitus  
 potest: grati simus in eius morte decoranda,  
 cui nullam aliam gratiam referre iam possumus:  
 notetur etiam Antonij nefarium bellum geren  
 tis scelerata audacia: his enim honoribus habi  
 tis Ser. Sulpitio, repudiatae, reiectæq; Legatio  
 nis ab Antonio manebit testificatio sempiterna.  
 quā ob res ita cēso: cū Ser. Sulpitius Q.F. † Lemonius  
 nia, Rufus, difficillimo Reip. tēpore, graui, pericu  
 loſoq; morbo affectus, auctoritatē senatus, salutēq;  
 populi

<sup>1</sup> Ex ipsius  
 Seruiliū sen  
 tentia, cuius  
 vīa interpre  
 tatur.

<sup>2</sup> Facit sente  
 tiam istā Ser  
 uilio contra  
 riā, aduersam  
 interpretādō

<sup>3</sup> Aliud argū  
 mentum.

<sup>4</sup> Concludit.



## PHILIPPICA

populi R. uitæ suæ proposuerit, contraq; vim, gra-  
1 Id est certa uitatemq; morbi contendere, ut ad castra Anto-  
merit. Obiter commemo-  
rat tota rem.

2 Hec dictio Ludis, vide-  
tur abudare.

populi R. uitæ sue proposuerit, contraq; vim, gra-  
uitatemq; morbi contendere, ut ad castra Anto-  
nij, quo senatus eum miserat, perueniret, isq; cum  
iam prope castra venisset, vi morbi oppressus vita  
amiserit in maximo Reip. munere, eiusq; mors con-  
sentanea vita fuerit sanctissime honestissimeq; a-  
etæ, in qua sepe magno usui Reip. Ser. Sulpitius &  
priuatus, & in magistratibus fuerit: cum talis vir  
ob Remp. in Legatione mortem obierit, senati plae-  
cere, Ser. Sulpitio statuam pedestrem æneam in Ro-  
stris ex huius ordinis sententia statui; circumq; ea  
statuam locum gladiatoribus, & ludisq; liberos, po-  
sterosq; eius quaque versus pedes quinque habere,  
quod is ob Remp. mortem obierit, eamq; causam in  
basi inscribi: utiq; C. Pansa, A. Hircius Consules, al-  
ter, ambove, si eis videbitur, Quæstoribus urbanis  
imperent, ut eam basim, statuamq; faciendam, &  
in Rostris statuendam locent; quantiq; locarint,  
tantam pecuniam redemptori soluendam, attri-  
buendamq; curent: cumque antea senatus au-  
toritatem in virorum fortium funeribus ornamen-  
tisque ostenderit, placere, eum quam amplissime  
supremo die suo efferri: & cum Ser. Sulpitius Q.  
F. Lemonia Rufus ita de Rep. meritus sit, ut  
his ornamentis decorari debeat, senatum cense-  
re, atque è Rep. existimare, Aediles curules edi-  
ctum, quod de funeribus habeant, Ser. Sulpitij Q.  
F. Lemonia Rusti funeri mittere, utiq; locum sepul-  
cro

ero in cāmpō Esquilino C. Pansa Consul, seu quo in loco videtur, pedes triginta quoquo versus assig= net, quō Ser. Sulpitius inferatur. quod sepulcrum ipsius, liberorum, posterorumq; eius sit, uti quod optimo iure sepulcrum publice datum est.

## ORATIONIS PRO T. ANNIOMILONE AR= GUMENTVM.

**T**. Ann. Milo Rom. ciuis infestissimum sibi P. Clodium habuit; multæque inter eos altercationes in Rep. saepe fuerunt. Præcipue verò cùm Milo Consulatum illius anni peteret, cuius anni Præturam Clodius affectabat, adeò ira & odio motus fuit, ut Milonis competitores, modis quibus posset omnibus iuuaret, vt eo repulso, Consulatum alij assequerentur. Quam rem cùm impedire nequiret, quod omnium opinione Milo futurus Consul pronunciaretur, statuit eū Clodius interficere. Vrbem itaque egressus, in villam, quam in Albano habebat, se recepit: vnde vesperi rediens, obuium in via Appia Milonem habuit, penulatum in rheda cum uxore, ancillis & pueris; cùm ipse expeditus in equo, electa virorum manu stipatus vehe retur. Ibi tum ante fundum Clodianum orta inter

PRO T. ANNI O MILONE.

inter seruos rixa, impetuq; in Milonē factō,  
Clodius occiditur. Reus cedis Milo in ius vo-  
catur: qui cedem factam non negat, sed se iu-  
re fecisse contendit. Eliguntur ex cunctis or-  
dinibus Iudices, qui Pópeio præside, arma-  
tisq; cohortibus forum vallante, de facto co-  
gnoscant. Cicero ergo Milonis amicissimus  
pro eo orationem, non hanc quidem, quam

Orditur à post eius exilium edidit, sed aliam, quæ non  
querela pro extat, habuit. Ferunt enim Milonem, cùm ei  
pter præfidi: in foro dispo- Massiliæ exulanti quidam orationem hanc  
sita, quorum recitasset, dixisse; Si sic egisses M. Tulli, Milo  
metum amo non esitaret Massiliæ barbatos pisces. auctor  
uet à iudici- Hermol. Barbarus causa iudicialis est. status  
bus ne cōtra qualitatis & juris: nam queritur, An Milo iu-  
Milonem vi- re occiderit Clodiū. Principalis Syllogis. est.  
deantur esse collocata. Vim vi depellere licet. Milovim à Cladio il-  
lata vi depulit. Igitur iure interfecit Clodiū.

Primo igitur excusat metū Deinde arma non cōtra Mi-  
lonem, sed pro Milone dicet esse dis-  
posita ad re-  
primendum aduersarium.

Ergo & con- ciliat sibi iu-  
dices liberā- do eos metu & aduersa- rios in odī adducit.

M. T. C. PRO T. AN-

NIO MILONE ORATIO.

**T**S Ii verebr iudices, ne turpe sit,  
pro fortissimo viro dicere inci-  
pientem, timere; minimeq; deceat,  
cum T. Annus Milo ipse magis  
de Reip. salute, quam de sua per-  
turbetur, me ad eius causam parem animi magnitu-  
dinem asserre non posse: tamen hæc noui iudicij no-

na forma terret oculos: qui quocūq; inciderint, veterē cōsuetudinē fori, & pristinū morē iudiciorū minime vidēt: non enim corona cōfessus vester cīnētus est, ut solebat; nō v̄sitata frequētia stipati sumus: nā illa pr̄esidia, quae pro tēplis omnibus cernit, et si contra vim collocata sunt, nō afferū tamē oratori aliquid, ut in foro, & in iudicio, quāquam pr̄esidijs salutaribus, & necessarijs septi sumus, tamē ne nō timere quidē sine aliquo timore possim⁹. 1  
 que si opposita Miloni putare, cederē tēpori iudices, nec inter tāta vim armorū existimare oratori locū esse, sed me recreat & reficit Cn. Pōpeij sapiētissimi & iustissimi viri cōsiliū: qui profectō nec iustitiae suae putaret esse, quē reū sentētijs iudicū tradidisset, eūdē telis militū dedere; nec sapiētiae, temeritatē cōcitatæ multitudiniis auctoritate publica armare. 2 quāobrē illa arma, cēturiones, cohortes nō periculū nobis, sed pr̄esidiū denūciāt; neq; solū vt quieto, sed etiā vt magnō animo simus, bortantur; neq; auxiliū modo defensioni meæ, verū etiā filētiū pollicētur. reliqua vero multitudo, quae quidem est ciuiū, tota nostra est: neq; eorū quisquā, quos vndiq; intuentes ex hoc ipso loco cernitis, unde aliqua pars fori aspici potest, & huius exitū iudicij expectantes, nō cū virtuti Milonis faret, tū de se, de libris suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari putat. 3 vñ genus est aduersum infestūq; nobis, eoru, quos P. Clodij furor rapinis, & incēdijs, & omni

Negat  
ma cōtra Mī  
lonē esse di  
sposita & cre  
dibile facit à  
sapiētia & iu  
stitia Pōpeij.  
 significā  
dat mecum  
cōmōdū  
similem  
 2 Conclūdis  
armatos pro  
Milone esse  
dispositos &  
insuper addig  
studium po  
puli R. om.

sibnū  
1 M. cōsobr  
nō cū amī  
3 Separat ad  
uersaries  
quos contem  
nit & in odī  
adducit,

## ORATIO

bus exitijs publicis pauit. qui hesterna etiā concione incitat i sunt, ut vobis voce praeirent, quid iudicareis. quorum clamor, si quis forte fuerit; admone re vos debebit, ut eum ciuem retineatis, qui semper genus illud hominum, clamoresq; maximos pro

**2** Repetit eō clusionem & explanat.

vestra salute neglexit. quamobrem adeste animis indices, & timorem, si quem habetis, deponite. nam si unquam de bonis et fortibus viris, si unquam de bene meritis ciuibus potestas vobis iudicandi fuit; si denique unquam locus amplissimorum ordinum delectis viris datus est, ubi sua studia erga fortis & bonos ciues, que vultu & verbis saepe significas sent, re & sententijs declararent: hoc profecto tem

**2** Adiungit fortunam suā & Milonis, ad commis sationē quā & ipsa ad be nevolentiam valer.

pore eam potestatem omnem vos habetis, ut statutatis, utrum nos, qui semper vestræ auctoritati dedi suimus, semper miseri lugeamus; an diu vexati à perditissimis ciuibus, aliquando per vos, ac vestram fidem, virtutem, sapientiamq; recreemur. quid enim nobis duobus iudices laboriosius? quid magis sollicitum, magis exercitum dici, aut fingi potest? qui spe amplissimorum præriorum ad Remp. adducti, metu crudelissimorum exitiorum carere non possumus.

**3** Ostendit fiduciam Milonis in causa iudicanti bus viris bo nis.

et quidem cæteras tēpestates & procellas in illis dunt taxat fluctibus con cionum semper putavi Miloni esse subeundas, quod semper pro bonis contra improbos senserat: in iudicio vero, & in eo consilio, in quo ex cunctis ordini

bus amplissimi viri iudicarent, nunquam existima

ui spem

ui spem ullam esse habituros Milonis inimicos ad i Confirms  
cuius non salutem modo extinguendam, sed etiam glo do fiduciam  
riam per tales viros infringendam. i quanquam in pponit sum-  
hac causa iudices T. Annij Tribunatu, rebus omni- mā defensio-  
bus pro salute Reip. gestis, ad huius criminis defen- nis, quam sic  
sionem non abutemur, nisi oculis videritis insidias man pollic-  
Miloni à Clodio factas: nec deprecaturi sumus, vt tur, & inter-  
crimē hoc nobis multa propter praeclara in R. me- rim capita  
rita condonetis: nec postulaturi, vt, si mors P. Clo- eius digerit.  
dij salus vestra fuerit, in circa eam virtuti Milonis  
potius, quam populi R. felicitati assignetis: sed si il- Locū cū ad  
lius insidiæ clariores hac luce fuerint, tum denique conciliando animos, tum  
obsecrabo, obtestaborq; vos iudices, si cætera ami- ad docilitatē  
simus, hoc saltem nobis ut relinquatur, ab inimico- facit.  
rum audacia telisq; vitam ut impune liceat defende  
re. 2 sed antequam ad eam orationē venio, quæ est  
propria nostræ questionis, videntur ea esse refutan-  
das, quæ in senatu sæpe ab inimicis, ab improbis sæ-  
pe iactata sunt, & in concione etiam paulo ante ab  
accusatoribus: vt, omni errore sublato, rem plana,  
quæ venit in iudicium, videre possitis. Negant in-  
tueri lucem fas esse ei, qui à se hominem occisum  
esse fateatur. in qua tandem urbe hoc homines stul-  
tiissimi disputatione: nempe in ea, quæ primum iudicium  
de capite vedit M. Horatij fortissimi viri: qui non  
dum libera ciuitate, tamen populi Rom. comitijs

N

liberatus

nelia, sed permitte lege, maximè autem insidiatorem, quod multis mo- fici posse con-  
dis confirmat, exemplis, more, iegē, natura. Deinde præjudicia remouet,

2 Accedit  
ad refutanda  
obiecta ad  
uersarioru-  
m de lege C  
nelia  
præiudi-  
in Milone  
factis. In quo  
eadem opera  
& euertit ac-  
cusationē il-  
lorum & fir-  
man ētū de-  
fensionis sūæ  
cōstituit. Vī  
vi repellere  
licere probat  
enim primo,  
homini cindē  
stū aliquan-  
to iure inter-

Liberatus est; cum sua manu sororem imperfectam  
esse fateretur. an est quisquam, qui hoc ignoret, cū  
de homine occiso queratur, aut negari solere omni-  
no esse factum, aut recte, ac iure factum esse defen-  
di? nisi vero existimetis dementem P. Africanum  
fuisse, qui cum à C. Carbone Tribuno pl. in concio-  
ne seditiose interrogaretur, quid de Ti. Gracchi  
morte sentiret, respondit, iuræ cæsum videri. neque  
enim posset aut Hala ille Seruilius, aut P. Nasica,  
aut L. Opinius, aut C. Marius, aut me Consule sena-  
tus non nefarius haberis, si sceleratos ciues interfici-  
nefas esset. itaque hoc iudices non sine causa fictis  
fabulis doctissimi homines memorie prodiderunt,  
eum, qui patris vlciscendi causa matrem necauis-  
set, variatis hominū sententijs, non solum humana,  
sed etiam deæ sapientissima sententia liberatum.  
quod si duodecim tabule nocturnum furē quoquo  
modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici  
impune volueriuit: quis est, qui, quoquo modo  
quis imperfectus sit, puniendum putet, cum videat  
aliquando gladium nobis ad occidendum hominem  
ab ipsis porrigi legibus? at qui si tempus est ullum  
iure hominis necandi, quæ multa sunt, certe illud  
est non modo iustum, verum etiam necessarium,  
cum vi vis illata defenditur. pudicitiam cum eri-  
peret militi Tribunus mil. in exercitu C. Marii  
propinquus eius imperatoris, imperfectus ab eo  
est, cui vim afferebat: facere enim probus adole-  
scens

Trens periculose, quam perpeti turpiter maluit:  
 atque hunc ille vir summus scelere solutum peri-  
 culo liberavit. insidiatori vero & latroni quæ po-  
 test afferri iniusta nex? quid comitatus nostri,  
 quid gladij volunt? quos habere certe non licet,  
 si ut illis nullo pacto licet: est enim hæc iudicium: Aetiologiae  
 tæ non scripta, sed nata lex, quam non didicimus,  
 accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arri-  
 puimus, hausimus, expressimus; ad quam non do-  
 eti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus; ut, si  
 vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut  
 latronum aut inimicorum incidisset, omnis hone-  
 sta ratio esset expedienda salutis: silent enim leges  
 inter arma, nec se expectari iubent, cum ei, qui ex-  
 pectare velit, ante iniusta poena luenda sit, quam  
 iusta repetenda. 2 Ab interpre-  
tatione le-  
gis.  
 et si persapienter ex quodam mo-  
 do tacite dat ipsa lex potestatem defendendi: quæ  
 non modo hominem occidi, sed esse cum telo homi-  
 nis occidendi causa vetat: ut, cum causa, non telum  
 quereretur, qui sui defendendi causa telo esset usus,  
 non hominis occidendi causa habuisse telum iudica-  
 retur. 3 Conclusio  
generalis.  
 quapropter hoc maneat in causa iudices;  
 non enim dubito, quin probaturus sim vobis defen-  
 sionem meam, si id memineritis, quod obliuisci non  
 potestis, insidiatorem iure interfici posse. 4 Trafit ad  
senatus consulem,  
tū, quod auer-  
tit interpre-  
tatione & do-  
ctet Senatum  
in uitium de-  
creuisse.  
 illud, quod à Milonis inimicis saepissime dici-  
 tur, cædem, qua P. Clodius occisus est, senatum in-  
 dicasse contra Remp. esse factam, illam vero senat

<sup>3</sup> Testime-  
nium volun-  
tatis senatus.

tus non sententijs suis solum, sed etiam studijs com-  
probauit. <sup>1</sup> quoties enim est illa causa à nobis acta  
in senatu? quibus assensionibus uniuersi ordinis,  
quam nec tacitis, nec occultis: quando enim frequē-  
tiſſimo senatu quatuor, ad summum quinque sunt  
inuenti, qui Milonis causam non probarent: decla-  
rant huius ambusti Tribuni pl. illæ intermortuæ cō-  
ciones, quibus quotidie meam potentiam inuidioſe  
criminabatur, cum diceret, senatum, non quod sen-  
<sup>2</sup> Interponit  
defensiuncu-  
lam per con-  
cessionem ex  
causæ fidu-  
cia.

<sup>3</sup> Epiphone  
ma quod cō-  
firmatur à ſu-  
peruacuo &  
Clodij perso-  
na.

<sup>4</sup> Id factum  
fuit ubi Clo-  
dius pollue-  
rat cæremo-  
nias Bonæ  
deæ.

tiret, sed quod ego vellem, decernere. <sup>2</sup> quæ quidē  
ſi potentia est appellanda potius, quam propter ma-  
gna in Remp. merita mediocris in bonis causis au-  
toritas, aut propter officiosos labores meos non-  
nulla apud bonos gratia, appetetur ita ſanè, dūmo-  
do ea nos ut amur pro ſalute bonorum cōtra amen-  
tiam perditorū. <sup>3</sup> hanc vero quæſtionē, et ſi non eſt  
iniqua, nunquam tamen ſenatus constituendam pu-  
tauit: erant enim leges, erant quæſtiones vel de cæ-  
de, vel de vi, nec tantum mœrorem ac luctum ſena-  
tui mors P. Clodij afferebat, ut noua quæſtio consti-  
tueretur: cuius enim ſenatui de illo incesto ſupro <sup>4</sup>  
iudicium decernendi potestas eſſet erepta, de eius in-  
teritu quis potest credere ſenatum iudicium nouum  
constituendum putasse: cur igitur incēdium curiæ,  
oppugnationem ædium M. Lepidi, cædē hanc ipsam  
contra Remp. ſenatus factā eſſe decreuit: quia nulla  
vis unquā eſt in libera ciuitate ſucepta inter ciues  
non contra Remp. non enim eſt ullā defensio cōtra  
vīm

vim unquam optanda, sed nonnunquam est necessaria. nisi vero aut ille dies, in quo Ti. Gracchus est cæsus; aut ille, quo Caius, aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiam si è Rep. Remp. tamen non vulnerarunt. <sup>1</sup> itaque ego ipse decreui, cum cædem in Appia factam esse constaret, non eum, qui se defensisset, contra Remp. fecisse; sed, cum inesset in revis, & insidiae, crimen iudicio reseruavi, rem notaui. <sup>2</sup> quòd si per furiosum illum Tribunum senatui, quod sentiebat, perficere licuisset, nouam quæstionem nunc nullam haberemus: decernebat enim, ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæ reretur. diuisa sententia est postulante nescio quo: nihil enim necesse est omnium flagitia proferre, sic reliqua auctoritas senatus empta intercessione sublata est. at enim Cn. Pompeius rogatione sua & de re & de causa iudicauit: tulit enim de cæde, quæ in Appia via facta esset, in qua P. Clodius occisus fuit. <sup>3</sup> quid ergo tulit? nempe ut quereretur. quid porrò querendum est? factum ne sit? at constat. <sup>3</sup> Interpretabatur at patet. vidi etiam, in confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse. quod nisi vidisset, posse absolvi eum, qui fateretur: cum videret nos fateri, neque quæri unquam iussisset, nec vobis tam salutarem hanc in iudicando literam, quam illam tristem dedisset. <sup>4</sup> mihi vero Cn. Pompeius non modo nihil grauius contra Milonem iudicasse, sed etiam statuisse videtur, quid vos in iudicando spe-

<sup>1</sup> A sua sententia.  
<sup>2</sup> Redit ad voluntatē senatus & docet per intercessionē Tribunorum autoritatē eius sublatā fuisse:  
<sup>3</sup> Interpretatur rogationem Pompeij ex ipsius verbis & argumenta voluntatis tum ex lege ipsa, tum ex Clodij personæ colligit.  
<sup>4</sup> Voluntas Pompeij a signo & ex cōnexis.

**Ex conse-** Etare oporteret. nam qui non poenam confessio-  
**quentibus.** ni, sed defensionem dedit, is causam interitus querē-  
**Occupatio.** dam, non interitum putauit. iam illud dicet ipse  
 profecto, quod sua sponte fecit; Publio ne Clodio  
 tribuendum putet, an temporis domi sue nobilissi-  
 mus vir, senatus propugnator, atque illis quidem  
 temporibus penè patronus, auunculus huius nostri  
 iudicis fortissimi viri Catonis, Tribunus pl. M.  
 Drusus occisus est. nihil de eius morte populus con-  
 sultus, nulla quæstio decreta à senatu est. quantum  
 luctum in hac urbe fuisse à nostris patribus accepi-  
 mus, cum P. Africano domi sue quiescenti illa no-  
**Amplifica-** cturna vis esset illata? quis tum non gemuit? quis  
**tio ab Africa-** non arsit dolore? quem immortalem, si fieri posset,  
**ni periona.** omnes esse cuperent, cuius ne necessariam quidem ex-  
 pectatam esse mortem? num igitur ulla quæstio de  
 Africani morte lata est: certe nulla: quid ita? quia  
 non alio facinore clari homines, alio obscuri ne-  
 cantur. intersit inter vitæ dignitatem summorum  
 atque insimorum: mors quidem illata per scelus  
 ipsius poenis teneatur, & legibus. nisi forte magis  
 erit parricida, si quis consulariem patrem, quam si  
 quis humilem necauerit: aut eò mors atrocior erit  
**Inducit ob-** P. Clodij, quod is in monumentis maiorum suorum  
 iectionem &  
 irridet.  
**Ironia.** sit interfactus: hoc enim saepe ab istis dicitur. 4 per  
 inde quasi Appius ille Cæcus viam munierit, non  
 qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri  
 latrocinentur. itaque in eadem ista Appia via cū  
 ornatiſſi-

ornatissimum equitem R.M. <sup>1</sup> Papirium occidisset, <sup>1</sup> De Papi-  
 non fuit illud facinus puniendum: homo enim nobis  
 lis in suis monumentis equitem R. occiderat. nunc  
 eiusdem Appiae nomen quantas tragœdias excitat:  
 quæ cruentata antea cæde honesti atque innocentis  
 viri filebatur, eadem nunc crebro usurpatur, po-  
 ste aquam latronis & parricidæ sanguine imbuta  
 est. <sup>2</sup> sed quid ego illa commemoro? comprehensus  
 est in templo Castoris seruus P. Clodij, quem ille ad  
 Cn. Pompeium interficiendum collocarat. extorta  
 est confitenti sica de manibus. caruit foro postea  
 Pompeius, caruit senatu, caruit publico: ianua se ad  
 parietibus, non iure legum, iudiciorūq; texit. <sup>3</sup> num <sup>3</sup> Congeries.  
 quæ rogatio lata, num quæ noua questio decreta  
 est: at qui si res, si vir, si tempus ullum dignum fuit,  
 certe hæc in illa causa summa omnia fuerunt. insi-  
 diator erat in foro collocatus, atque in vestibulo  
 ipso senatus: ei viro autem mors parabatur, cuius  
 in vita nitebatur salus ciuitatis: eo porrò Reip.  
 tempore, quo si unus ille occidisset, non hæc solum  
 ciuitas, sed gentes omnes concidissent. <sup>4</sup> nisi forte, <sup>4</sup> Irrisi-  
 qui perfecta res non est, non fuit punienda. perin-  
 de quasi exitus rerum, non hominum consilia legi-  
 bus vindicentur. minus dolendum fuit re non perfe-  
 etia, sed puniēdum certe nibilo minus. <sup>5</sup> quoties ipse <sup>5</sup> A sui exem-  
 iudices ex P. Clodij telis, & ex cruentis eius mani-  
 bus effugii: ex quibus si me nō mea, vel Reip. fortu-  
 na seruasset, quis tandem de interitu meo questio-

rio lege. At  
 icon.

<sup>2</sup> Aliud ex  
 plum cū am-  
 plificatione.

-ēs strigiles  
 . . . . .

3 Tronies  
correctio.

nem tulisset: sed stulti sumus, qui Drusum, qui Africanum, Pompeium, nos met ipsos cum P. Clodio conferre audeamus. tolerabilia fuerunt illa: P. Clodij mortem æquo animo nemo ferre potest: luget senatus: mœret equester ordo: tota ciuitas confecta senio est: squalent municipia: afflictantur coloniae: agri denique ipsi tam beneficium, tam salutare, tam mansuetum ciuem desiderant.

3 Redit ad  
consiliū Pó-  
pej quod à  
tempore cō-  
firmat.

2 non fuit ea causa iudicis, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam: sed homo sapiens, & alta quadam mente præditus, multa vidit, fuisse sibi illum inimicum, familiarem Milonem: in communi omnium letitia si etiam ipse gauderet, timuit ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. multa etiam alia vidit, sed illud maxime; quamuis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter iudicatueros: itaque delegit è florentissimis ordinibus ipsa lumina:

neque vero, quod nonnulli dictitant, secreuit in iudicibus legendis amicos meos: neque enim hoc cogitauit vir iustissimus, neque in bonis viris legendis id assequi potuisset, etiam si cupisset: non enim mea gratia familiaritatibus continetur, quæ late patere non possunt: propterea quod consuetudines virtus non possunt esse cum multis: sed si quid possumus,

3 Infert laudem quæ sitq; xime ad legere nō studiosos mei. 3 quod vero te Cn. Domiti

huic

huic quæstiōni p̄ræesse maxime voluit, nihil quæsi  
uit aliud, n̄isi iustitiam, grauitatem, humanitatem,  
fidem: tulit, ut cōsularem necesse esset; credo, quod  
principum munus esse ducebatur, resistere & leuitati  
multitudinis, & perditoriū temeritati: ex consu-  
laribus te creauit potissimum: dederas enim, quām  
contemneres populares insanias, iā ab adolescentia  
documenta maxima, quā obrem iudices, ut aliquā  
do ad causam crimenq; veniamus; si neq; omnis cō-  
fessio facti est inusitata; neque de causa quidquam  
nostra aliter, ac nos vellemus, à senatu iudicatū est;  
& lator ipse legis, cū esset controuersia nulla fa-  
cti, iuris tamen disceptationem esse voluit, & ele-  
cti iudices, & isti p̄ræpositus quæstiōni, qui hæc iu-  
ste sapienterq; disceptet: reliquum est iudices, ut ni-  
hil iā aliud querere debeatis, nisi uter vtri insidias  
fecerit: quod quo facilius argumētis perspicere pos-  
sit, rem gestam vobis dum breuiter expono, quæ-  
so diligenter attendite. <sup>2</sup> P. Clodius cum statuisset  
omni scelere in Prætura vexare Remp. videretq;  
ita tracta esse comitia anno superiore, ut non mul-  
tos menses Præturam gerere posset: qui non hono-  
ris gradum spectaret, ut cæteri, sed & L. Paulum  
collegam effugere vellet, singulari virtute ciuē, <sup>3</sup>  
& annum integrum ad dilacerandam Remp. quæ-  
reret, subito reliquit annum suum, seq; in annū pro-  
ximum transtulit, non religione aliqua, sed ut habe-  
ret, quod ipse dicebat, ad Præturam gerendam, hoc

<sup>1</sup> Conclusio  
generalis.

<sup>2</sup> Narratio  
causæ.

<sup>3</sup> Ostendit  
studium Clo-  
dij ad inte-  
grū annū ob-  
tinendū, ite  
conatus ad  
imperdiēdum  
consulatum  
Milonis.

est, ad euertendam Remp. plenum annum atque integrum. occurrebat, mancam ac debilem Præturā suam futuram Consule Milone: eum porrò summo consensu populi R. Consulem fieri videbat: contulit se ad eius competitores, sed ita, totam ut petitio nem ipse solus etiam inuitis illis gubernaret, tota ut comitia suis, ut dictabat, humeris sustineret. conuocabat tribus: se interponebat: coloniam novam, delectum perditissimorum scribebat ciuium. quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies conualescebat. ubi vidit homo ad omne facinus paratissimus fortissimum virum, inimicissimum suū, certissimum Consulem, idq; intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragijs populi R. saepe esse declaratum: palam agere cœpit, & aperte dicere, occidendum Milonem: seruos agrestes & barbaros, quibus silvas publicas depopulatus erat, Hetruriamq; vexarat, ex Appennino deduxerat, quos vietabat, Consulatum Miloni eripi non posse, vietam posse. significauit hoc saepe in senatu, dixit in concione. quin etiam Faonio, fortissimo viro, quem ex eo, qua spe fureret Milone viuo, respondit, triduo illum, ad summum quatriduo peritulum.

**¶ Dīsa & fa-  
cta Clodij ad  
insidias spe-  
stantia.**

2 Suspitionē quam vocem eius ad hunc M. Catonem statim Faprascientia uonius detulit. 2 interim cum sciret Clodius ( neque enim erat difficile scire) iter solemne, legitimū, necessarium, ante diem X. I I I. Cal. Febr. Miloni esse

esse Lanuuium, ad Flaminem prodēdum, quod erat  
 Dictator Lanuuij Milo; Roma subito ipse profes-  
 tus pridie est, ut ante suum fundum, quod re intel-  
 lectum est, Miloni insidias collocaret: atq; ita pro-  
 fectus est, ut concionem turbulentam, in qua eius  
 furor desideratus est, quæ illo ipso die habita est, re-  
 linqueret: quam, nisi obire facinoris locum tempus  
 q; voluisse, nunquam reliquisset. Milo autem, cum  
 in senatu fuisset eo die quoad senatus dimissus est,  
 domū venit: <sup>1</sup> calceos & vestimenta mutauit: pau-  
 lis per, dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus  
 est: deinde profectus est id temporis, cum iam Clo-  
 dius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire  
 potuisset. <sup>2</sup> obuiam fit ei Clodius expeditus in equo  
 nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis co-  
 mitibus ut solebat, sine uxore, quod nunquā ferè: <sup>3</sup>  
 cum hic insidiator, qui iter illud ad cædem facien-  
 dam apparasset, cū uxore veheretur in rheda, pe-  
 nulatus, vulgi magno impedimento, ac muliebri &  
 delicato ancillarū puerorūq; comitatu. <sup>4</sup> fit obuiā  
 Clodio ante fundū eius hora frē vndecima, aut nō  
 multo secus statim cōplures, cum telis in hunc fa-  
 ciunt de loco superiore impetum, aduersi rheda-  
 rium occidunt. cum autem hic de rheda reiecta pe-  
 nula desiluisse, seq; acri animo defenderet: illi,  
 qui erant cum Clodio, gladijs eductis partim recur-  
 rere ad rhedam, ut à tergo Milonem adorirentur;  
 partim, quod hunc iam intersectū putarent, cædere  
 incipiunt

<sup>1</sup> Extensatio  
apparatus, &  
tempus itine-  
ris Milonis.

<sup>2</sup> Habitus ite-  
neris & comi-  
tatus Clodij.

<sup>3</sup> Iter & co-  
mitatus Mi-  
lonis.

<sup>4</sup> Locus insi-  
diarum & te-  
pus.  
<sup>5</sup> οὐτούπω  
comissę  
pugnę.

incipiunt eius seruos, qui post erant. ex quibus qui  
animo fideli in dominum erant, & praesentes fue-  
runt, partim occisi sunt, partim, <sup>1</sup> cū ad rhedam pu-  
gnari viderent, & domino succurrere prohiberen-  
tur, Milonemq; occisum etiam ex ipso Clodio audi-  
rent, & ita esse putarent, fecerunt id serui Milonis  
(dicā enim non deriuandi criminis causa, sed ut fa-  
ctum est) neq; imperāte, neq; sciente, neq; praesente  
domino, quod suos quisq; seruos in tali re facere vo-

**2** Summa col-  
luisset. **2** hæc, sicut exposui, ita gesta sunt iudices: in-  
lectio narra-  
tionis argu-  
mētis & affe-  
tibus inflam-  
mata.

sidiator superatus, vi victa vis, vel potius oppressa  
virtute audacia est. nihil dico, quid Resp. consecuta  
sit; nihil, quid vos; nihil, quid omnes boni: nihil sanè  
id pro sit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se qui-  
dem seruare potuerit, quin vñā Remp. vosq; serua-

**3** Renouat ar-  
gumēta & ea  
refutat.

ret. **3** si id iure non posset, nihil habeo quod defen-  
dam. sin hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris  
& mos gentibus, & feris natura ipsa prescripsit,  
ut omnem semper vim, quacunq; ope possent, à cor-  
pore, à capite, à vita sua propulsarent: non potestis  
hoc facinus improbum iudicare, quin simul iudice-  
tis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum

**4** Propositio  
per diuisionē

telis, aut vestris sententijs esse pereundum: **4** quod  
si ita putasset, certe optabilius Miloni fuit dare iu-  
gulum p. Clodio non semel ab illo, neque tum primū  
petitū, quām iugulari à vobis, quia se illi non iugu-  
landū tradidisset. sin hoc nemo vestrū ita sentit: il-  
lud iā in iudiciū venit, nō, occisusne sit, quod fate-  
mur;

**1** Vide quo-  
modo pmo-  
liat id quod  
confessurus  
est.

mur; sed, iure, an iniuria; quod multis antea in causis  
 iam quæsitu est. 1 insidias factas esse constat; & id  
 est, quod senatus contra Remp. factū iudicauit: ab  
 utro factæ sint, incertum est: de hoc igitur, latū est,  
 ut quæreretur. ita & senatus rem, non hominē no-  
 tavit: & Pompeius de iure, non de facto quæstionē  
 tulit. num quid igitur aliud in iudicium venit, nisi  
 uter utri insidias fecerit: profecto nihil. 2 si hic illi  
 ut ne sit impune; si ille huic, tum nos scelere solua-  
 mur. quonā igitur pacto probari potest, insidias Mi-  
 loni fecisse Clodium: satis est quidē in illa tam auda-  
 ci, tānefaria bellua docere, 3 magnā ei causam, ma-  
 gnam spem in Milonis morte propositā, magnas uti-  
 litates fuisse. itaque illud Cassianum, cui bono fue-  
 rit, in his personis valeat: et si boni nullo emolumē-  
 to impelluntur in fraudem, improbis æpe paruo. at= =  
 qui Milone imperfecto Clodius hoc assequebatur,  
 non modo ut Prætor esset non eo Consule, quo scel-  
 ris nihil facere posset; sed etiam ut ijs Consulibus  
 Prætor esset, quibus si non adiuuantibus, at conni-  
 uentibus certe sperasset se posse Remp. eludere in  
 illis suis cogitatis furoribus. cuius illi conatus, ut  
 ille ratiocinabatur, nec, si cuperent, reprimere pos-  
 sent, cum tantum beneficium ei se debere arbitrare  
 tur; & si vellent, fortasse vix possent frangere ho-  
 minis sceleratissimi corroboratā iam vetustate au-  
 daciā. 4 an vero iudices vos soli ignoratis, vos ho-  
 spites in hac urbe versamini, vestre peregrinantur  
 aures,

1 Repetit pre-  
 iudicia, & vi-  
 cors ad diui-  
 sionem accō-  
 modat.

2 Confirmatio  
 cœiecturalis.

3 Argumētū  
 à spe cōmo-  
 dorum.

4 Exaggerat  
 leges Clodia  
 nas cōfirmā-  
 de voluntatis  
 causa.

aures, neq; in hoc peruagato ciuitatis sermone ver  
 santur, quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac  
 non faces urbis & pestes Reip.) fuerit impositurus  
 nobis omnibus atq; inusturus? exhibe quæso Sexte  
 Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum,  
 quod te aiunt eripiisse è domo, & ex medijs armis,  
 turbaq; nocturna, tanquā Palladium, sustulisse, ut  
 præclarum inde munus, ac instrumentum Tribuna  
 tus ad aliquem, si nactus esses, qui tuo arbitrio Tri-  
**1 Digressio**  
**cula.**  
 bunatum gereret, deferre posses, & aspexit me  
 quidē illis oculis, quibus tum solebat, cū omnia om-  
 nibus minabatur. mouet me quippe lumen curiae.  
 quid: tu me iratū Sexte putas tibi? cuius tu inimicis  
 simū multo crudelius etiam punitus es, quam erat

**2 Redīt ad ar-**  
**gumentatio-**  
**nem quam in**  
**vnum condu-**  
**ctam conclu-**  
**dit. Vsus e-**  
**nim est col-**  
**lectione rhe-**  
**torica cuius**  
**quinque par-**  
**tes fecit.**  
**3 Occurrit &**  
**spem cōmo-**  
**di remouet à**  
**Milone. Fin-**  
**git autē ver-**  
**ba aduersarij**  
**quibus respo-**  
**det.**

cadauer eiecisti domo, tu in publicū eiecisti, tu spo-  
 liatum imaginibus, exequijs, pompa, laudatione, in-  
 felicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus  
 dilaniandū reliquisti. quā rem et si necessario feci-  
 sti, tamē, quoniā in meo inimico crudelitatē exprō-  
 psisti tuā, laudare nō possum, irasci certe nō debeo.

P. Clodij Præturā non sine maximo rerū nouarum  
 motu proponi solitam esse videbatis, nisi esset is Cō-  
 sul, qui eam auderet, posset q; confringere. cū Milo  
 nem esse cum sentiret vniuersus populus R. quis du-  
 bitaret suffragio suo se metu, periculo Remp. libe-  
 rare; at non P. Clodio mortuo vſitatis iam rebus  
 obnitendum est Miloni; ut tueatur dignitatem suā.  
 singu-

Singularis illa huic vni concessa gloria, que quotidianus augebatur frangendis furoribus clodianis, iam morte Clodij cecidit. vos adepti estis, ne quem ciuem metueretis: hic exercitationem virtutis, suffragationem Consulatus, fontem perennem gloriae sue perdidit. itaque Milonis Consulatus, qui viuo Clo-  
diio labefactari non poterat, mortuo denique tentari coepitus est. non modo igitur nihil prodest, sed ob-  
est etiam P. Clodij mors Miloni. <sup>1</sup> at valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fecit ulti or iniuriae, puni-  
tor doloris sui. quid, si haec, non dico maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc: quid vultis amplius? <sup>2</sup> quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materi, in sua glorie, preter hoc ciuale odium, quo omne improbos odimus ille, erat, ut odisset primum defensorem salutis meae, deinde vexatorem furoris, dominorem ar-  
morum suorum, postremo etiam accusatorem suum: reus enim Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit, quo tandem animo hoc tyrannum tulisse cre-  
ditis? quantum odium illius, et in homine iniusto, quam etiam iustum esset reliquum est, ut iam illius natura ipsius, consuetudoque defendat, hunc autem haec eadem coarguant, nihil per vim unquam Clodius, omnia per vim Milo. quid ergo iudices; cum incoerentibus urbis vobis cessi, non seruos, non armam, non vim intentauit? que fuisset igitur causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiendi? <sup>4</sup> diem mihi credo,

<sup>1</sup> Inducit &  
argumēta im-  
pulsionis que  
hinc inde co-  
parat.  
<sup>2</sup> Callide es-  
temnit quod  
dissolui non  
potest.  
an ologia  
vocant.

Couturier  
Milo  
A peccandi  
consuetudi-  
ne quā demō  
strat in Clo-  
dio.

<sup>4</sup> Occurrit  
defensioni, &  
irridet.

**7** credo, dixerat, multam irrogarat, actionem per-  
duellionis intenderat. & mihi iudices in causa aut  
vestra mala, aut mea nec præclarissima etiam iudi-  
**1. Digressio** cium timendum fuit eis scruorum, & egentium ci-  
breuis.

uium, & facinorosorum armis meos ciues meis co-  
silijs periculisq; seruatos pro me obijci nolui: vidi  
enim, vidi hunc ipsum Q. Hortensium lumen & or-  
namentum Reip. penè interfici seruorum manu, cu  
mihi adesset: quia in turba C. Vibienus senator vir  
optimus, cum hoc cum esset unum, ita est multatus,  
**2. Concludit** & criminis  
Clodij cogre  
bat. intentata nobis est: huic ego vos obijci pro me non  
sum passus: hæc insidiata Pompeio est: hæc istam  
Appiam viam, monumentum sui nominis, nece Papi  
rij cruentavit: hæc eadem longo interuallo conuer  
sa rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, me ad

**3. Confert in** nocentiā Mi  
lonis, & do  
cer quoties il  
le peccandi  
occasione  
prætermis-  
tit. regiam penè confecit. **3.** quid simile Milonis? cuius  
vis omnis hæc semper fuit, ne P. Clodius, cum in iu  
dicio detrahi non posset, vi oppressam ciuitatem  
teneret. quem si interficere voluisset, quantæ, quo-  
ties occasiones, quam præclare fuerunt? potuitne,  
cum domum ac deos penates suos illo oppugnante  
defenderet, iure se vlcisci? potuitne ciue egregio &  
viro fortissimo P. Sestio collega suo vulnerato po  
tuit ne Fabritio viro optimo, cum de redditu meo le  
gem ferret, pulso, crudelissima in foro cæde factæ  
potuit ne L. Ceciliij instissimi fortissimiq; Prætoris  
oppugnatæ

oppugnata domo? potuit ne illo die, cum est lata  
lex de me, cum totius Italie concursus, quem mea  
salus concitarat, facti illius gloriam libens agnouis-  
set, ut, etiam si id Milo fecisset, cuncta ciuitas eam  
laudem pro sua vendicaret? <sup>1</sup> at qui erat id tempore  
ris clarissimus & fortissimus Consul, inimicus Clo-  
dio, P. Lentulus, vltor sceleris illius, pro pugnator  
senatus, defensor vestrae voluntatis, patronus illius  
publici consensus, restitutor salutis meæ; septem Prae-  
tores, octo Tribuni pl. illius aduersarij, defensores  
mei; Cn. Pompeius auctor & dux mei redditus, illius  
hostis: cuius sententiam senatus omnis de salute  
mea grauissimam & ornatissimam secutus est: qui  
populum R. cohortatus est: qui, cum de me decre-  
tum Capuae fecisset, ipse cunctæ Italæ cupienti, &  
eius fidem imploranti signum dedit, ut ad me resti-  
tuendum Romanum concurrerent. omnia tum deni-  
que in illum odia ciuium ardebat desiderio mei:  
quem quitum interemisset, non de impunitate eius,  
sed de præmijs cogitaretur. <sup>2</sup> tamen se Milo con-  
tinuit, & P. Clodium ad iudicium bis, ad vim nun-  
quam vocauit. quid? priuato Milone, & reo ad po-  
pulum, accusante P. Clodio, cum in Cn. Pompeium  
pro Milone dicentem impetus factus est, que tum  
non modò occasio, sed etiam causa illius opprimen-  
di fuit? nuper vero, cum M. Antonius summam  
spem salutis bonis omnibus attulisset, grauissi-  
mamq; adolescens nobilissimus Reip. partem for-

<sup>1</sup> Ampliæ  
occasione  
a personis.

<sup>2</sup> Alia occa-  
sio.

tissime suscepisset, atque illam belluā iudicij laqueos  
declinantem iam irretitam teneret, qui locus, quod  
tempus illud dij immortales fuit: cum se ille fugiens

<sup>1</sup> Item alia. in scalarum tenebras abdidiisset. <sup>1</sup> magnum Miloni  
fuit confidere illam pestem nulla sua inuidia; Anto-  
nij vero maxima gloria. quid: comitijs in cāpo quo-  
ties potestas fuit: cum ille vi in septa irruiisset, gla-  
dios distringēdos, lapides iaciendos curasset, deinde  
subito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tybe-  
rim, vos & omnes boni vota faceretis, ut Miloni

<sup>2</sup> Concludit <sup>ut</sup> virtute sua libēret. <sup>2</sup> quem igitur cum omnium  
per cnumerā gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela  
tionem. quem iure, quem loco, quem tempore, quem impu-  
ne non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco, alieno

<sup>3</sup> Alind argu-  
mentū à tem-  
pore.

tempore, periculo capit is non dubitauit occidere! <sup>3</sup>  
præsertim iudices cum honoris amplissimi contem-  
tio, & dies comitiorum subesset, quo quidem tem-  
pore (scio enim, quām timida sit ambitio, quantāq;  
& quām sollicita cupiditas Consulatus) omnia, non  
modo quæ reprehendi palam, sed etiam quæ obscu-  
re cogitari possunt, timemus: rumorem, fabulam  
fictam, falsam perhorrescimus: ora omnium atque  
oculos intuemur: nihil enim est tam molle, tam te-  
nerum, tam aut fragile, aut flexibile, quām volun-  
tas erganos, sensusq; ciuium: qui non modo impro-  
bitati irascuntur candidatorum, sed etiam in recte-  
factis sēpe fastidunt. hunc diem igitur campi spe-  
ratum atque exoptatum sibi proponens Milo, crue-

tis

tis manibus scelus ex facinus præ se ferens & con-  
fitens, ad illa augusta centuriarum auspicia venie-  
bat: quam hoc non credibile in hoc? quam idem in  
Clodio non dubitandum, qui se, imperfecto Milone,  
regnaturum putaret? quid? quod caput audaciae est  
iudices: quis ignorat, maximam illecebram esse peccatum  
di impunitatis spem: in utroq; igitur haec fuit: in Mi-  
lone, qui etiam nunc reus est facti aut præclaris, aut  
certe necessarij; an in Clodio, qui ita iudicia poenam  
quæ contempserat, ut cum nihil delectaret, quod aut  
per naturam fas esset, aut per leges liceret? sed 2 Confirmat  
quid ego argumentor? quid plura disputo? te Q. Pe-  
tilli appello; optimum & fortissimum ciuem: te M.  
Cato testor; quos mihi diuina quedam sors dedit in-  
dices: vos ex M. Fauno audistis, Clodium sibi di-  
xisse, & audistis viuo Clodio, periturum milonem  
triduo: post diem tertium gesta res est, quā dixerat,  
cum ille non dubitaret aperire quid cogitaret, vos  
potestis dubitare quid fecerit? quamadmodum igi-  
tur cum dies non fecellit: dixi equidem modo. Dicta=  
toris Lanuini statu sacrificia nosse, negotij nihil  
erat: vidi necesse esse Miloni proficiisci Lanuum  
illo ipso, quo profectus est, die: itaque anteuertit at  
quo die? quo, ut ante dixi, insanissima cœcio ab ipsius  
mercenario Tribuno pl est cœcata: quē diē ille, quā  
cœcionē, quos clamores, nisi ad cogitatū facinus ap-  
properaret, nūquā reliquisset. ergo illi ne causa qui  
dem itineris, et lā causa magnendi; miloni nulla facul-

1 A spe impri-  
nitatis, quæ  
in utroq; fua-  
rit ostenditur

2 Confirmat  
ex dicto Clo-  
dui.

3 A spe perfi-  
ciendi, quam  
probata tem-  
pore, ad eos  
hū facti per-  
tinet. motori

tas manendi, exequendi non causa solum, sed etiam nē  
 1 Cōfert im- cessitas fuit. 1 quid, si, ut ille sciuit Milonem fore eo  
 prudentiam die in via, sic Clodium Milone suspicari quidem po-  
 Milonis, quā probat à per tuit: primū quæro, qui scire potuerit? quod vos idē  
 sonis & itine in Clodio querere nō potestis: ut enim neminem  
 re Clodij & alii nisi T. Patinam familiarissimum suū rogasset,  
 ex dictis te- scire potuit illo ipso die Lanuuij à Dictatore Milo-  
 stium confir- ne prodi Flaminē necesse esse: sed erat permulti alijs,  
 mat. <sup>illo mī</sup> ex quibus id facilime scire posset; omnes scilicet  
 Lanuini. Milo de Clodij reditu unde quæsivit? que-

2 Ex dictis sierit sane. 2 videte, quid vobis largiar. seruū ctiā,  
 testium pro- vt Arius meus amicus dixit, corruperit. legite testi-  
 bat scire nō monia testium vestrorum. dixit C. Cassinius, cogno-  
 potuisse Mi- mento Schola, Interamnis, familiaris meus, & idē  
 lonem.

3 Perstringit testē qui pro Clodio de pollutis cere monijs mēti-  
 tūs fuerat.

4 Monet qd ex testimo- dicit hoc comes item P. Clodij C. Clodius. 4 videte iu-  
 nijs aduersa- dices quāt̄ res his testimonijs sunt confessae. pri-  
 riorum confi- mum certe liberatur Milo, nō eo consilio profectus  
 ciatur.

5 Inducit sui de- fēctionem ex eadē testi- monie.

deo cur non meum agam negotium) & scitis iudices  
 fuisse, qui in hac rogatione suadenda diceret, Milo  
 nis manu cādem esse factam, consilio vero maioris  
 alicuius. videlicet me latronem ac sicarium abiecti  
 homines

homines ex perditi describebat. iacent suis testibus  
 ij, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro  
 auditum esset, redditurum fuisse. + respiravi: liberat= <sup>1</sup> Epiphone  
 tus sum: non vereor, ne, quod ne suspicari quidem  
 potuerim, videan id cogitasse. <sup>2</sup> nunc persequar cæ-  
 tera. nam occurrit illud: ne Clodius quidem de insi-  
 dijs cogitauit, quoniam fuit in Albano mansurus: si  
 quidem exiturus ad cædem è villa nō fuisset. video  
 enim illum, qui dicitur de Cyri morte nunciasse, nō  
 id nunciasse, sed Milonem appropinquare. nā quid  
 de Cyro nunciaret, quem Clodius Roma proficisci  
 reliquerat morientem: unā fui, testamentum simul  
 obsignauit cum Clodio: testamentum autem palam  
 fecerat, & illum hæredem & me scripserat. quem  
 pridie hora tertia animam efflantem reliquisset,  
 eum mortuum postridie hora decima ei nunciabas-  
 tur: age, sit ita factum: quæ causa, cur Romanus pro-  
 peraret: cur in noctem se coniceret: quid affere-  
 bat festinationem: quod hæres erat: primum erat  
 nihil, cur properato opus esset: deinde, si quid esset,  
 quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset,  
 amitteret autem si postridie mane Romanus venis-  
 set: <sup>3</sup> atque ut illi nocturnus ad urbem aduentus  
 vitandus potius, quam expetendus fuit: sic Miloni,  
 cum insidiator esset, si illum ad urbem noctu acces-  
 surum sciebat, subsistendū atque expectandū fuit.  
 noctu, inuidioso, & pleno latronū in loco occidi-  
 set. nemo cīnegāti non credidisset, quem esse omnes

<sup>1</sup> ma gaudētis  
 & tanquam  
 securi.

<sup>2</sup> Sicut testi-  
 monio aduer-  
 sariorum pro-  
 se vius est,  
 ita rursus adi-  
 mit illis &  
 suspectum fa-  
 cit cōfirmās  
 aduentū Mi-  
 lonis Clo-  
 dio nuncia-  
 tum fuisse.

<sup>3</sup> Remouet  
 cōsilium cri-  
 minis à Mi-  
 lone: quia  
 nec locū insi-  
 diarum, nec  
 tempus ob-  
 seruauerit.

saluum etiam confidentem volunt. sustinuissest hoc  
 crimen primum ipse ille latronum occultator &  
 receptor locus, dum neque muta solitudo indicas-  
 set, neque cæca nox ostendisset milonem: deinde ubi  
 multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi  
 etiam hæc timentes in suspicionem caderent, tota  
 denique rea citaretur Hetruria. atque illo die certe  
 Ariciarediens diuertit Clodius ad Albanum: quod  
 nisi sciret illum milo Aricie fuisse, suspicari tamen  
 debuit, eum, etiam si Romam illo die reuerti vellet,  
 ad villam suam, quæ viam tangeret, diuersum.  
 cur neque ante occurrit, ne in villa resideret: nec  
 eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset?  
Epilogus  
argumento-  
rum quo om-  
nia in vnum  
contrahit.  
 video adhuc constare omnia iudices, miloni etiam  
 utile fuisse Clodium viuere, illi ad ea, quæ concupie-  
 rat, optatissimum interitum milonis fuisse; odium  
 illius in hunc acerbissimum, in illum huius nullum;  
 consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda,  
 huius tantum, in repellenda; mortem ab illo denun-  
 ciatam palam miloni & prædicatam; nihil un-  
 quam auditum ex milone; profectionis huius diem  
 illi notum, redditum illius huic ignotum fuisse; hu-  
 ius iter necessarium; illius etiam potius alienum;  
 hunc præ se tulisse illo die Roma exiturum, illum  
 eo die se dissimulasse redditum; hunc nullius rei  
 mutasse consilium, illum causam mutandi consilij  
 finxisse; huic, si insidiaretur, nocte prope urbem  
 expectandum, illi, etiam si hunc non timeret, tamen  
 accessum

accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum.<sup>1</sup>  
 Videamus nunc id, quod caput est, locus ad insidias  
 ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit ap-  
 tior. id vero iudices etiam dubitandum, ex diutius  
 cogitandum est. ante fundum Clodij: quo in fundo  
 propter insanias illas substructiones facile mille ho-  
 minū versabātur valētū aduersari.<sup>2</sup> at qui excel-  
 so loco superiorē se fore putabat milo, ex ob ē cau-  
 sam eum locum ad pugnam potissimum delegerat.  
 an in eo loco potius expectandum ab eo, qui ipsius  
 locis spe facere impetum cogitarat?<sup>3</sup> res loquitur  
 iudices ipsa: que semper valet plurimum. si hæc  
 non gesta audiretis, sed picta videretis: tamen appa-  
 reret, uter esset insidiator, uter nihil cogitaret ma-  
 li, cum alter veheretur in rheda penulatus, unā se-  
 deret uxor. quid horum non impeditissimum? ve-  
 stitus, an vehiculum, an comes? quid minus promi-  
 ptum ad pugnam, cum penula irretitus, rheda im-  
 peditus, uxore penè constrictus esset?<sup>4</sup> videte  
 nunc illum, primum egredientem è villa subito:  
 cur vesperi? quid necesse est tarde? quid conuenit,  
 præsertim id temporis? duerit in villam Pom-  
 peij: Pompeium ut videret? sciebat in Alfiensi esse  
 procul inde: villam, ut perspiceret? millies in ea  
 fuerat. quid ergo erat moræ ex tergiuersationis?  
 dum hic veniret, locum relinquere noluit.<sup>5</sup> Age,  
 nunc iter expediti latronis cum milonis impedimē-  
 tis comparete. semper ille antea cum uxore, tum

1 Argumēta  
 tur à facultate  
 criminis,  
 quam primū  
 à loco, deinde  
 ab habitu  
 & comitatu  
 itineris colli-  
 git.

† valentius

Atqui

2 Ironia est  
 quā occurrit  
 ex persona  
 aduersarij.

3 Rem subij-  
 cit ante oculos;

4 Adiungit  
 argumētum  
 à tempore.

† nunc quid  
 illum

5 Confert è  
 diverso Mi-  
 lonem.

sine ea: nunquam non in rheda, tum in equo: comites Græculi, quounque ibat, etiam cum in castra Hetrusca properabat; tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui nunquam, tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat, et ancillarum greges. ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat, tum neminem, nisi ut virum a viro le-

**¶ Occurrit &** etum esse diceres. cur igitur victus est? quia non inducit cōtū semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro tationē argu mētorū in a viatore occiditur: quia quanquam paratus in im Milonem, vi paratos Clodius, tamen mulier inciderat in viros. etum fuisse Clodium, nō nec vero sic erat unquam non paratus Milo con quod para tra illum, ut nō satis ferè esset paratus. semper ille, tor fuerit.

Milo, sed ignauia Clodij & virtute Milionis & in certa pugna di fortuna, quantum interesset p. Clodij se perire, et quanto illi odio esset, et quantum ille auderet, cogitabat: quamobrem vitam suam, quam maximis præmisis propositam et penè addictam sciebat, nunquam in periculum sine præsidio, et sine custodia prouehebat. adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemq; communem, qui saepe spoliantem iam et exultantem euertit, et perculit ab abieto.

**¶ Allia obie-** adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis: qui & io quā soluit reddēdo causam manumissiōis, pertinet ad p. r̄gandā cōfere. tia Milionis, hæsit in ijs pœnis, quas ab eo serui fideles pro domini vita expetiuerūt. cur igitur eos manumisit? mentebat scilicet, ne indicaretur, ne dolore perferre ito possent,

possent, ne tormentis cogerentur, occisum esse à  
 seruis Milonis in Appia via P. Clodium, confiteri.  
 quid opus est tortore? quid queris? occideritne? occi-  
 dit. iure, an iniuria? nihil ad tortorem: facti enim in  
 eculeo quæstio est, iuris in iudicio: quod igitur in  
 causa querendum est, id agamus: hoc, quod tormentis  
 inuenire vis, id fatetur. manu vero cur mise-  
 rit, si id potius queris, quā cur parum amplis affe-  
 cerit præmijs: nescis inimici factum reprehendere:  
 dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter  
 & fortiter, M. Cato, dixitq; in turbulentia concio-  
 ne, quæ tamen huius auctoritate placata est; non li-  
 bertate solum, sed etiā omnibus præmijs dignissi-  
 mos fuisse, qui domini caput defendissent: quod  
 enim præmiū satis magnum est tam benevolis, tam  
 bonis, tam fidelibus seruis, propter quos viuit? et si  
 id quidem non tanti est, quām quod propter eosdē  
 non sanguine, & vulneribus suis crudelissimi ini-  
 mici mentem oculosq; satiauit. quos nisi manumi-  
 sisset, tormentis etiam dedendi fuerunt, conseruatō  
 res domini, ultores sceleris, defensores necis: hic ve-  
 ro nihil habet in his malis, quod minus moleste fe-  
 rat, quam, etiam si quid ipsi accidat, esse tamen illis  
 meritū premium persolutum. sed quæstiones ur-  
 gent Milonē, quæ sunt habitæ nūc in atrio Libertati:  
 quisibus nā de seruis? rogas? de P. Clodij. quis eos  
 postulauit? Appius. quis produxit? Appius. vnde? ab  
 Appio. dij boni, quid potest agi seuerius? 2 de seruis

1 Tertia obie-  
 ctio quam co-  
 temnit repro-  
 hendendo  
 quæstiones in  
 Milonem &  
 persona qua-  
 toris. ab ini-  
 quo & a mo-  
 do quæredi.  
 2 Ostendit co-  
 tra legē quæ-  
 situm in Mi-  
 lonem.

Nulla quæstio est in dominum, nisi de incestu, ut fuit  
in Clodium. proxime ad deos accessit Clodius, pro-  
prius, quam tum, cum ad ipsos penetrarat; cuius de  
morte tanquā de ceremonijs violatis quæritur. sed  
tamen maiores nostri in dominum de seruo quæni  
noluerunt, non quia non posset verum inueniri, sed  
quia videkatur indignū esse, et domini morte ipsa  
tristius. in reum de seruis accusatoris cū quæritur,

**2 Reprehen-**  
dit corrupte-  
lam quæsto-  
ris.

**2 Tertius lo-**  
cus cōsideraz  
qui constat si  
gnis & indi-  
cij hominū  
qua factum  
consequuta  
sunt. Itaque  
primo argu-  
mentatur a  
conscientia.  
Milonis & in  
terim cōque-  
nitur de rumo  
ribus homi-  
num: deinde  
auerrit Rom  
peis suspicio  
nei qui ma-  
lē de Milone  
senisse & eū  
meruisse vi-  
debatur.

verum inueniri potest? age vero, quæ erat, aut  
qualis quæstio? heus ubi Ruscio, ubi Casca? Clodius  
insidias fecit Miloni? fecit: certa crux. nullas fecit:  
spesita libertas. quid hac quæstione certius? subito  
arrepti in quæstionem, tamen separantur à cæteris  
et in arcas coniiciuntur, ne quis cū ijs colloqui pos-  
sit. hi centum dies penes accusatorem cum fuissent,  
ab eo ipso accusatore producti sunt. quid hac quæ-  
stione dici potest integrius? quid incorruptius? **2**  
quòd si nondū satis cernitis, cū res ipsa tot, tam clা-  
ris argumentis, signisq; luceat, pura mente atq; in-  
tegra Milonem, nullo scelere imbutum, nullo me-  
tu perterritum, nulla conscientia exanimatum Romam  
reuerctisse: recordamini per deos immortales,  
quæ fucrit celeritas redditus eius, qui ingressus in fo-  
rum ardente curia, quæ magnitudo animi, qui vul-  
tus, quæ oratio! neq; vero se populo solum, sed etiā  
senatui tradidit; neque senatui modo, sed etiam pu-  
blicis præsidij, et armis; neque his tantum, verum  
etiam eius potestati, cui senatus totam Remp. om-  
nem

nem Italie pubem, cuncta populi R. arma commis-  
erat. cui se nūquam profecto tradidisset, nisi causæ  
sue consideret, præsertim omnia audienti, magna  
metuenti, multa suspicanti, nonnulla credenti. <sup>1</sup> ma-  
gna vis est conscientiae iudices, & magna in utra-  
que partem, ut neque timeant, qui nihil commis-  
erint; & poenam semper ante oculos versari putēt,  
qui peccarint. neq; vero sine ratione certa, causa  
Milonis semper à senatu probata est: videbant enim  
sapientissimi homines facti rationem, præsentiam  
animi, defensionis constantiam. an vero oblii estis  
iudices recenti illo nuncio necis Clodianæ non mo-  
do inimicorum Milonis sermones, & opinones,  
sed nonnullorum etiam imperitorum, qui negabat  
eum Romanum esse redditurum? <sup>2</sup> siue enim illud ani-  
mo irato ac percito fecisset, ut incensus odio truci-  
daret inimicum: arbitrabantur eum tanti mortem  
P. Clodij putasse, ut æquo animo patria careret,  
cum sanguine inimici explesset odium suum. siue  
etiam illius morte patriam liberare voluisse: non  
dubitaturum fortem virum, quin, cum suo peri-  
culo salutem Reip. attulisset, cederet æquo ani-  
mo legibus, secum auferret gloriam sempiternam,  
nobis hæc fruenda relinquere, que ipse seruasset.  
multi etiam Catilinam, atque illa portenta loque-  
bantur: erumpet, occupabit aliquem locum, bellum  
patriæ faciet. <sup>3</sup> miseros interdum ciues optime de-  
Rep. meritos: in quibus homines non modo res præ-  
clarissimas

<sup>1</sup> Amplificat  
cōstantiā Mi-  
lonis à rumo-  
ribus homi-  
nū. Locus est  
à tempore.

<sup>2</sup> Delabitur  
in obliquam  
allocutionē,  
populi sermo-  
nes repre-  
sentans.

<sup>3</sup> Labitur in  
conquestio-  
nem.

clarissimas obliuiscuntur, sed etiam nefarias suspicantur. ergo illa falsa fuerunt: quae certe vera extitissent, si Milo admississet aliquid, quod non posset

<sup>a</sup> Addit alia honeste vereq; defendere. <sup>2</sup> quid, quae postea sunt in atrociora. <sup>3</sup> eum congesta, quae quanuis etiam mediocrum delictorum conscientiam perculissent, ut sustinuit dij immortales: sustinuit: immo vero ut contempsit, ac pro nibilo putauit: quae neq; maximo animo noces, neque innocens, nisi fortissimus vir, negligere potuisset. scutorum, gladiorum, frenorum, sparorum, pilorumq; etiam multitudo deprehendi posse iudicabatur: nullum in urbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus: arma in villam Otriculanam deuincta Tyberi: domus in cliuo Capitoline scutis referta: plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorū. hæc non delata solum, sed penè credita; nec ante repudiata sunt, quam quæsita.

<sup>2</sup> Occurrit & excusat in eius Pompeij & fam delatio- nœm reprehē dit.

<sup>3</sup> Eludit narrationem de latoris.

<sup>4</sup> Vult rē si- tam fuisse quod credibi le facit à sig- no.

de circō Maximo. <sup>3</sup> seruos Milonis apud se ebrios factos, sibi confessos esse de interficiendo Cn. Pompeio coniurasse; deinde postea se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret; Pompeio in hortos nunciauit. arcessor in primis. de amicorum sentētia rem defert ad senatum. <sup>4</sup> non poteram in illius mei, patriæq;

patriæq; custodis tanta suspicione non metu exani  
mari: sed mirabar tamen credi Popæ, ebriosorū con  
fessionem seruorum audiri, vulnus in latere, quod  
acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris puta  
ri. verū etiam, ut intelligo, cauebat magis Pompe  
ius, quam timebat, non ea solū quæ timenda erant,  
sed omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. oppu  
gnata domus C. Cæsarī, clarissimi & fortissimi vi  
ri, per multas noctis horas nunciabatur: nemo au  
dierat tā celebri loco, nemo senserat: tamen audie  
batur. non poterā Cn. Pompeiū, præstantissima vir  
tute ciuem, timidum suspicari: diligentia, tota Rep.  
suscepta, nimiam nullā putabam. frequentissimo se  
natū nuper in Capitolio senator inuentus est, qui  
Milonem cum telo esse diceret. nudauit se in sanctis  
simo templo, quoniam vita talis & ciuis & viri  
fidem non faciebat, nisi eo tacente res ipsa loquere  
tur. omnia falsa atq; insidiose facta comperta sunt:  
ēū tamen, si metuitur etiā nunc Milo, non hoc iam  
Clodianū crimen timemus, sed tuas Cn. Pompeij (te  
enim iā appello ea voce, ut me audire possis) tuas,  
inqua, suspiciones perhorrescimus. si Milonem ti  
mes, si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare,  
aut molitū aliquando aliquid putas; si Italiae de  
lectus, ut nonnulli conqueritores tui dictitant, si  
haec arma, si Capitolinæ cohortes, si excubiae, si vi  
gilie, si delecta inuentus, quæ tuū corpus domūq; cu  
stodit, contra Milonis impetum armata est, atq; illa  
omnia

Ironia est.  
multe temp  
si Digidetur  
ad placandum  
Pompeium  
quod nisi im  
petret, certe  
inuidiam ei  
tacita facit.

Rem ad im  
probationem  
exaggerat.

omnia in hunc vnu instituta, parata, intenta sunt magna in hoc certe vis, & incredibilis animus, & non vnius viri vires, atq; opes indicantur, si quidē in hunc vnum & præstantissimus dux electus, &

**¶ Corrigit &** armorum su-  
spicionem in contrarium  
vertit cōme-  
morans ne  
cessitudinem  
Pompeij &  
Milonis.

totæ Resp. armata est, sed quis non intelligit, omnes tibi Reip. partes agras, & labantes, ut eas his armis sanares & cōfirmares, esse commissas? quod si Miloni locus datus esset, probasset profecto tibi ipsi, neminem vñquam hominem homini chariorem fuisse, quam te sibi; nullū se vñquam periculū protua dignitate fugisse; cum illa ipsa tēterrīma peste sepissime protua gloria contendisse; Tribunatum suum ad salutem meam, quæ tibi charissima fuisse, consilijs tuis gubernatum; se à te postea defensum in periculo capitinis, adiutum in petitione Pratūræ;

**¶ Delabitur** in querelam  
quæ tacitè in  
uidiosam fa-  
cit Pompeio  
nisi liberet  
suspitione  
Milonem.

**¶ Mouet com-**  
miserationē  
à fortuna.

**¶ Prædictit**  
Pōpeium ali-  
quando in  
rep. desidera  
turum esse  
virtutem Mi-  
lonis.

duos se habere semper amicissimos sperasse, te tuo beneficio, me suo. 2 quæ si non probaret, si tibi ita penitus insedisset ista suspicio, nullove euelli modo posset; si deniq; Italia à delectu, vrbs ab armis sine Milonis clade nunquam esset conquietura: næ iste haud dubitans cessisset patria, is, qui ita natus est, & ita consuevit: te Magne tamē attestaretur, quod nunc etiam facit: 3 Vide quam sit varia vite, com- mutabilisq; ratio, quam vagas, volubilisq; fortuna, quantæ infidelitates in amicis, quam ad tempus aptæ simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditatis. 4 erit, erit illud profecto tempus, & illucescet aliquando ille dies, cū tu saluta

sed ut aribus, ut spero, rebus tuis, sed fortasse motu  
 aliquo communium temporum immutatis, qui quā  
 crebro accidat, experti debemus scire, & amicissi-  
 mi benevolentiam, & grauissimi hominis fidem, &  
 vnius post homines natos fortissimi viri magnitu-  
 dinem animi desideres. quanquam quis hoc credat,  
 Cn. Pompeiu, iuris publici, moris maiorum, rei deni  
 q; publicæ peritissimum, cum senatus ei cōmiscerit,  
 ut videret, ne quid Resp. detrimenti caperet, quo  
 uno versiculo satis armati semper Consules fuerūt.  
 etiā nullis armis datis; hunc exercitu, hunc delectu  
 dato, iudicium expectaturum fuisse in eius consa-  
 lijs + vindicandis, qui vel iudicia ipsa tolleret? satis. + iudican-  
 dicatum est à Pompeio, falso ista conferri in Mi- dis.  
 lonem, qui legē tulit, qua, ut ego sentio, Milonem  
 absolui oporteret; ut omnes confitentur, liceret.  
 quod vero in illo loco, atq; in illis publicorū præsi-  
 diorum copijs circūfusus sedet, satis declarat, se nō  
 terrorem inferre vobis (quid enim illo minus dig-  
 nū, quam cogere ut vos eū condemnatis, in quē ani-  
 maduertere ipse ex more maiorū, & suo iure pos-  
 set?) sed præsidio esse, ut intelligatis, contra hester-  
 nā concionem illam licere vobis, quod sentiat, libo  
 re iudicare. <sup>2</sup> nec vero me iudices Clodianum cri-  
 men mouet: nec tam sum demens, tamq; vestri sen-  
 sus ignarus atq; expers, ut nesciam quid de morte  
 Clodij sentiat. de qua si iam nollem ita diluere cri-  
 men, ut diluit, tamen impune Miloni palam clama-  
 re, atque

huc

Milone. O:  
imp. sp. ill.Interpretat  
armoriū pre-  
diū & opinio-  
nem eius in  
contrarium  
vertit.
<sup>2</sup> Altera pars  
cōfirmatiōis  
qua extra cas-  
tam inducit  
cōparatiōnē  
erimini, eam  
demque gra-  
uiter tractat  
cū acerbissi-  
ma Clodianū  
vitē infec-  
tione.

re, atque mentiri gloriose liceret: occidi, occidi, non  
 sp. Melium, qui annonae leuanda, iacturisq; rei fami-  
 liaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in su-  
 spicionem incidit regni appetendi; non Ti. Grac-  
 chum, qui collegæ magistratum per seditionem ab-  
 rogauit; quorum imperfectores implerunt orbem  
 terrarum nominis sui gloria; sed eū, (auderet enim  
 dicere, cum patriam periculo suo liberasset) cuius  
 nefarium adulterium in puluinaribus sanctissimis  
 nobilissimæ foeminae comprehendenterunt; eum, cuius  
 supplicio senatus solennes religiones expiandas se-  
 pe censuit; eum, quem cum sorore germana nefar-  
 ium stuprum fecisse L. Lucullus iuratus se quæstio-

<sup>maibui</sup> <sup>ab</sup> Censoriū in nibus habitis dixit comperisse; eum, qui ciuem, que-  
 telligit qui Clodium no-  
 tuerant. <sup>ac</sup> senatus, quem populus, quem omnes gentes urbis  
 ac vitæ ciuium conseruatorem iudicabant, seruorū  
 2 No prætex tu saltem iu-  
 ris vrebatur, sed vi & ar-  
 mis. Calūnia est cum quis fallam peritio-  
 nem compa-  
 rat vel inten-  
 dit. Vindicijs adiō posses-  
 sionis est, sa-  
 eramentum actionis ge-  
 nus quod &  
 sponsio ve-  
 batur.

nibus, qui regna dedit, ademit, orbem terrarum quibuscum voluit partitus est; eum, qui pluribus cædibus in foro factis, singulari virtute & gloria ciuem domum vi & armis com- pulit: eum cui nihil unquam nefas fuit nec in facino re, nec in libidine: eum, qui ædem Nymphaeum in- cendit, ut memoriam publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret: eum denique, cui iam nulla lex erat, nullum ciuile ius, nulli possessio- num termini: qui non calunnia litum, non iniua- stis vindicijs ac sacramentis alienos fundos, sed ca- stris, exercitu, signis inferendis petebat: qui non so- lum

lum Hetruscos (eos enim penitus contempserat) sed  
 hunc Cn. Pompeium, virum fortissimum, atq; opti-  
 mum ciuem, iudicem nostrum, pellere possessioni-  
 bus, armis, castrisq; conatus est; qui cum architectis  
 & decempedibus villas multorum, hortosq; peragra-  
 bat; qui Ianiculo, & alpibus spem possessionum ter-  
 minabat suarum; qui, cum ab equite R. splendidissi-  
 mo, & forti viro, T. Paccauio non impetrasset, ut  
 insulam in lacu Pretio venderet, repente lyntribus  
 in eam insulam materiam, calcem, camenta, atque  
 arma conuexit, dominoq; trans ripam inspectante  
 nō dubitauit ædificium extruere in alieno; qui huic  
 T. Furfanio, cui viro dij immortales (quid enim de  
 muliercula Sanctia, quid de adolescenti Apronio  
 dico? quorum utrique mortem est minitatus, nisi  
 sibi hortorum possessione cessisset) sed ausus est  
 Furfanio dicere, si sibi pecuniam, quantam popo-  
 scerat, non dedisset, mortuum se in domum eius illa-  
 turum. qua inuidia huic esset tali viro conflagran-  
 dum; qui Appium fratrem, hominem mihi coniun-  
 etum fidelissima gratia, absentem de possessione  
 fundi deiecit; qui parietem sic per vestibulum so-  
 roris instituit ducere, sic agere fundamenta, ut so-  
 rorem non modo vestibulo priuaret, sed omni adi-  
 tu & lumine. <sup>1</sup> quanquam hæc quidem iam tolera-  
 bilia videbantur: et si æquabiliter in Remp. in pri-  
 uatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in  
 suos irruerat: sed nescio quo modo iam usu obdu-  
 ruerat,

1 Correctio  
 quæ deprimit  
 quæ predicta  
 sunt ut sequē-  
 tia attolatur.

ruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patien-  
tia. quæ vero aderant iam, & impendebant, quo-  
nam modo ea aut depellere potuisset, aut ferre im-  
perium, si id illo nactus esset: omittō socios, exteras  
nationes, Reges, Tetrarchas: (vota enim feceratis,  
ut in eos se potius mitteret, quam in vestras posse-  
siones, vestra tecta, vestras pecunias) à liberis dico,  
à liberis medius fidius, & coniugibus vestris nun-  
quam ille effrenatas suas libidines cohibusset. finge  
hęc putatis, quæ patent, quæ nota omnibus, quæ te-  
nentur: seruorum exercitus illum in urbe conscri-  
ptum fuisse, per quos totam Remp. resq; priuat as  
omnium possideret.

**2 Concludit  
inducta Milio  
nis persona.**

2 quamobrem, si cruentum gla-  
dium tenens clamaret T. Annus, adeste queso, atq;  
audite ciues; P. Clodiū interfeci; eius furores, quos  
nullis iam legibus, nullis iudicijs frenare potera-  
mus, hoc ferro, & hac dextera à ceruicibus vestris  
repuli; per me vnum effectum est, ut ius, æquitas, le-  
ges, libertas, pudor, pudicitia in ciuitate manerent:  
enim uero timendum, quonam modo id factum fer-  
ret ciuitas: nunc enim quis est, qui non probet? qui  
non laudet? qui non vnum post hominum memo-  
riam T. Annium plurimum Reip. profuisse, ma-  
xima lætitia populum R. cunctam Italiam, natio-  
nes omnes affecisse & dicat, & sentiat? 3 nequeo,  
vetera illa populi R. quanta fuerint gaudia, iudi-  
care: multas tamen iam summorum imperatorum  
clarissimas victorias etas nostra vidit, quarum  
nulla

**3 Confirmat  
lætitia popu-  
li Ro. & futu-  
ram ciuitatis  
prosperitatē  
Clodio subla-  
to.**

nulla neque tam diuturna attulit letitiam, nec tan-  
tam. mandate hoc memorie iudices. spero multa  
vos, liberosq; vestros in Rep. bona esse visuros. in  
his singulis ita semper existimabitis, viuo P. Clodio  
nihil horum vos visuros fuisse. in specie maximam,  
et quemadmodum confido, verissimam adducti su-  
mus, hunc ipsum annum, hoc summo viro Consule,  
concussa hominum licentia, cupiditatibus fractis,  
legibus, et iudiciis constitutis, salutarem ciuitati  
fore. num quis igitur est tam demēs, qui hoc P. Clo-  
dio viuo contingere potuisse arbitretur? quid? ea, 1 Augeram-  
plificationē & remouet  
insectandi cō-  
peditatem.  
quae tenetis, priuata atque vestra, dominante homi-  
ne furioso quod ius perpetuae possessionis habere  
potuissent? non timeo iudices, ne odio inimicitarū  
mearum inflammatu, libentius hæc in illum euome-  
re videar, quam verius: etenim elsi præcipuum esse  
debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis,  
ut in communi odio penè æqualiter versaretur  
odium meum. non potest dici satis, ne cogitari qui-  
dem, quantum in illo sceleris, quantū exitij fuerit. 2 narrat  
victoriosi  
includit ar-  
gumentatio-  
nem à perso-  
na Pompeij.  
quin sic attendite iudices, nempe hæc est questio de  
interitu P. Clodij. fingite animis: liberæ enim sunt  
cogitationes nostræ, et, que volunt, sic intuentur,  
ut ea cernimus, que videmus: fingite igitur cogi-  
tatione imaginem huius conditionis mæ, si possim  
efficere ut Milonem absoluatis: sed ita, si P. Clodius  
reuiixerit. quid vultu extimuitis? quonammodo  
ille vos viuus afficeret, qui mortuus inani cogita-

tione percusſit? quid? si ipſe Cn. Pompeius, qui ea  
t ac ſapien- virtute t ac fortuna eſt, ut ea potuerit ſemper,  
tia eſt, que nemo preter illum; ſi is, inquam, potuiſſet, ut

queſtionem de morte P. Clodij ferre, ſic iſum ab  
inferis excitare: utrum putatis facturum fuſiſſe?  
etiam ſi propter amicitiam vellet illum ab inferis

1 Infert quod reuocare, propter Remp. non feciſſet. 1 eius igitur  
efficitur, tor- mortis ſedetis vtores, cuius vitā ſi putetis per vos  
quens enthu- memata ex restituſi poſſe, nolitis: & de eius nece lata queſtio  
memata ex contrarijs. eſt, qui ſi eadem lege reuiuiscere poſſet, lata lex nū  
quam eſſet. huius ergo interfector non eſſet etiam  
confitendo ab ijs impetraturus, ne poenam timeret,

2 Profert exē quos liberauiſſet? 2 Græci homines deorū honores  
plum contra tribunitijs viriſ, qui tyrannoſ necauerunt. que  
rium. ego vidi Athenis? que alijs in urbibus Græcia?  
quas res diuinas talibus institutas viriſ? quos can-  
tuſ? que carmina: propè ad immortalitatēm, & re-  
ligionem, & memoriam conſecrantur. voſtati con-

3 Prorumpit ſeruatorem populi, tanti ſceleriſ: vtorem non mo-  
in defenſio- do honoribus nullis afficietis, ſed ad ſupplicium ra-  
nem inſidiā- ri etiam patiemini? 3 conſiteretur, conſiteretur, in-  
rum, in qua- quam, ſi feciſſet, & magno animo, & libenter, ſe  
impeſu ex- feciſſe libertatis omnium cauſa: quod certe ei non  
currit. Redit conſiderendum modo fuſiſſet, verum etiam pre-  
enim ad cau- dicum. etenim ſi id non negat, ex quo nihil petit, niſi  
ſam, & conſi- ut ignoscatur: dubitaret id fateri, ex quo etiam pre-  
lium crimi- mia laudis eſſent petenda: niſi vero gratius putat  
niſi remouet a Milone, dū in vitam Clo- eſſe vobis, ſuiſſe capit is, quam vſtri ordinis de-  
dij inuehi- fensorem

fensorem fuisse; <sup>1</sup> cum præsertim in ea cōfessione, si grati esse velletis, honores assequeretur amplissi-  
mos; si factum vobis non probaretur, (quanquam qui poterat salus sua cuique non probari?) sed tamen si minus fortissimi viri virtus ciuibus grata ce-  
cidisset, magno animo, constantiq; cederet ex ingra-  
ta ciuitate: nam quid esset ingratius, quam lætari  
cæteros, lugere eum solum, propter quem cæteri læ-  
tarentur? <sup>2</sup> quāquam hoc animo semper omnes fui-  
mus in patriæ proditoribus opprimendis, ut, quo-  
niam nostra futura esset gloria, periculū quoque,  
Et inuidiam nostram putaremus: nam quæ mihi  
contribuenda laus esset ipſi, cum tantum in Consu-  
latu meo pro vobis, ac liberis vestris ausus essem,  
si id, quod conabar, sine maximis dimicationibus  
meis me esse ausurum arbitrarer? quæ mulier scele-  
ratum ac perniciosum ciuem occidere non aude-  
ret, si periculum nō timeret: proposita inuidia, mor-  
te, pœna, qui nihil segnius Rem. defendit, is vir ve-  
re putandus est. populi grati est, præmijs afficere  
bene meritos de Rep. ciues: viri fortis, ne supplicijs  
quidē moueri, ut fortiter fecisse pœnitentiat. <sup>3</sup> quā ob-  
rē uteretur eadē cōfessione T. Annus, qua Halaz, qua  
Nasica, qua Opimius, qua Marius, qua nosmet  
ipſi: Et, si grata Resp. esset, lætaretur; si ingrata,  
tamen in graui fortuna conscientia sua nitere-  
tur. <sup>4</sup> sed huius beneficij gratiā iudices fortuna po-  
puli R. Et uox tua felicitas, Et dij immortales sibi

<sup>1</sup> Dicit reum  
causam men-  
tiendi nō ha-  
bere, siue er-  
ga confitentē  
grati esse vel  
lent, siue in-  
grati.

<sup>2</sup> Corrigit  
rursus, & di-  
cit Milonem  
etiam pericu-  
lo proposito,  
tamen forti-  
ter confessu-  
rum esse si in  
sidiator esset  
probat à viri  
fortis animo.  
<sup>3</sup> Concludit  
exemplis.

<sup>4</sup> Ostēdit di-  
uino consilio  
Clodium in  
terfectū esse,  
quod credibi-  
le facit à di-  
uina natura;  
ab impietate  
Clodi tran-  
sit qui reli-  
giosa loca  
violauerat,  
in quorū cō-  
specie fuit oc-  
cīsus: itaque  
hoc signi-  
ficit. Cic. facit.

Deberi putant. nec vero quisquam aliter arbitrari  
 potest, nisi qui nullam vim cœlestem existimat, nu-  
 menve diuinum, quem neque imperij vestri magni-  
 tudo, neque sol ille, nec coeli; et signorum motus,  
 nec vicissitudines rerum atque ordines mouent, ne-  
 que, id quod maximum est, maiorum sapientia, qui  
 sacra, qui ceremonias, qui auspicia et ipsi sanctissi-  
 me coluerunt, et nobis suis posteris prodiderunt.  
 est, est profecto illa vis: neque in his corporibus,  
 atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod  
 vigeat, et sentiat, et non inest in hoc tanto natu-  
 re, tam præclaro motu. nisi forte in circa esse no-  
 tant, quia non appetet, nec cernitur: perinde quasi  
 nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua prouide-  
 mus, quia hec ipsa agimus ac dicimus, videre, aut  
 plane, qualis, aut ubi sit, sentire possumus, ea vis, ea  
 est igitur, quæ sepe incredibiles huic urbi felicita-  
 tes, atque opes attulit; quæ illam perniciem extin-  
 xit, ac sustulit; cui primum metem iniicit, ut vi irri-  
 tare, ferroq; lassere fortissimum virum auderet,  
 vincereturq; ab eo, quem si vicisset, habiturus esset  
 impunitatem et licentiam sempiternam. non est hu-  
 mano consilio, ne mediocri quidem iudices deorum  
 immortalium cura res illa perfecta: religiones me-  
 hercule ipse, aræq; cum illam bellum cadere vi-  
 derunt, commouisse se videntur, et ius in illo suum  
 retinuisse: vos enim Albani tumuli, atque luci, vos,  
 inquam, imploro atque obtestor, vosq; Albanorum

obrute

obrute areæ sacrorum populi Rom. socie & aequales, quas ille præcepit amentia, cæsis prostratisq; sanctissimis lucis, substrictionum insanis molibus oppresserat; vestræ tum areæ, vestræ religiones viguerunt, vestra vis. valuit, quam ille omni scelere polluerat: tuq; ex tuo edito monte Latialis sancte Iupiter, cuius ille lacus, nemora, finesq; sæpe omni nefario stupro & scelere macularat, aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti; vobis illæ, vobis, vestro in conspectu, seræ, sed instæ tamen, & debitæ pœnæ solutæ sunt. nisi forte hoc etiam casu factum esse dicimus, ut ante ipsum sacrum Bonæ deæ, quod est in fundo T. Sextij Galli, in primis honesti & ornati adolescentiis, ante ipsam, inquam, Bonam deam, cum prælium commisisset, primum illud vulnus acceperit, quo teterimam mortem obiret; ut non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignem pœnam reseruatus. nec vero non eadem ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, & vt sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exequijs, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, oblitus cruento, & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, ambureretur etiam abiectus. non fuisse credo fas clarissimorum viorum formas illi teterimo parricidæ aliquid decoris afferre, neq; ullo in loco potius morte eius lace rari, quæ in quo vita esset dñata.

<sup>1</sup> Aliud signi a loco cadit. quia Clo dius sacra Bonæ deæ vio lauerat, cūq; ea de re causam diceret, corrupto iudicio fuit absolutus.

<sup>2</sup> Oligorix hæc etiam in argumentum transiit.

<sup>3</sup> Aeneas non se invenit in locis suis, sed in locis suis misericordia non se invenit.

dius fidius iam fortuna populi R. & crudelis vide  
batur, quæ tot annos illum in hanc Remp. insultare  
videret, & pateretur. polluerat stupro sanctissi-  
mas religiones: senatus grauissima decreta perfre-  
gerat: pecunia se palam à iudicibus redemerat. ve-  
xarat in Tribunatu senatum: omnium ordinū con-  
sensu pro salute Reip. gesta resciderat: me patria  
expulerat: bona diripuerat: domum incenderat: libe-  
ros, coniugem meam vexauerat: Cn. Pompeio nefar-  
ium bellum indixerat: magistratum, priuatorūq;  
cædes effeterat: domum mei fratris incenderat: va-  
starat Hetruriam: multos sedibus ac fortunis elece-  
rat: instabat, urgebat: capere eius amentiam ciuitas,  
Italia, prouinciae, regna non poterant: incideban-  
tur iam domileges, quæ nos nostris seruis addice-  
rent: nihil erat cuiusquam, quod quidem ille ada-  
masset, quod non hoc anno suum fore putaret: ob-  
stebat eius cogitationibus nemo, præter illum Mi-

- 1 Conficit argumentationem, qua longe traxit exaggerandi causa.**
- 2 Addit confirmationem coiecturalē, aliter hominem nefarium ac violentum perire non potuisse.**
- lonem ipsum, qui poterat obstare. Cn. Pompeium no-  
uo reditu in gratiā quasi deuinctum arbitrabatur:  
Cæsar is potentiam, suam potentiam esse dicebat:  
bonorum animos etiā in meo casu cōtempserat: Mi-  
lo unus urgebat. <sup>1</sup> hic dij immortales, ut supra di-  
xi, mentem dederunt illi perditæ ac furioso, ut huic  
faceret insidias. aliter perire pestis illa non potuit.  
nunquā illū Resp. suo iure esset vltæ. <sup>2</sup> senatus, cre-  
do, Prætorē eum circumscripsisset. ne cū solebat qui  
dem id facere in priuato eodē hoc, aliquid profce-  
rat.

rat. an Consules in Prætore coercendo fortes fuis-  
 sent: primum Milone occiso habuisset suos Consu-  
 les: deinde quis in eo Prætore consul fortis esset,  
 per quem Tribunum virum consularem crudelissi-  
 me necatum esse meminisset: omnia possideret, te-  
 neret: lege noua, quæ est inuenta apud eum cum re-  
 liquis legibus Clodianis, seruos nostros libertos  
 suos fecisset: postremo, nisi eum dij immortales in  
 eam mentem impulissent, ut homo effeminatus  
 fortissimum virum conaretur occidere, hodie R̄ep.  
 nullam haberetis. an ille Prætor, ille vero Consul, si  
 modo hæc templa, atque ipsa moenia stare eo viuo  
 tamdiu, & Consulatum eius expectare potuissent,  
 ille denique viuus mali nihil fecisset, qui mortuus,  
 uno ex suis satellitibus Sex. Cludio duce, curiam in-  
 cenderit? quo quid miserius, quid acerbius, quid  
 luctuosius vidimus: templum sanctitatis, amplitudi-  
 nis, mentis, consilij publici, caput urbis, aram socio-  
 rum, portum omnium gentium, sedem ab uniuerso  
 populo R. concessam uni ordini, inflammari, excin-  
 di, funestari, neque id fieri à multitudine imperita,  
 quamquam esset miserum id ipsum, sed ab uno, qui  
 cum tantum ausus sit vltor pro mortuo, quid signi-  
 fer pro viuo non esset ausus: in curiam potissimum  
 abiecit, ut eam mortuus incenderet, quam viuus  
 euerterat. & sunt qui de via Appia querantur, ta-  
 ceant de curia: ecquando ab eo spirante forum po-  
 tuisset defendi, cuius non restiterit cadaveri curia?

i. Mouet indi-  
 gnationem,  
 quam augeret  
 re & pericula.

excitate eum, si potestis, ab inferis; frangetis impe-  
tum viui, cuius vix sustinetis furias inseulti. nisi  
vero sustinuitis eos, qui cum facibus ad curiam cu-  
currerunt, cum falcibus ad Castoris, cum gladiis  
toto foro volitarunt. cædi vidistis populum R. con-  
cionem gladiis dist urbani, cum audiretur silentio  
M. Cælius Trib. pl. vir fortissimus, & in suscep-  
ta causa firmissimus, & honorum voluntati, & au-  
toritati senatus deditus, & in hac Milonis siue in-  
uidia, siue fortuna singulari, diuina, & incredibili  
fide. Sed iam satis multa de causa, extra causam e-

**3** Inducit de-  
precationem  
in qua mag-  
no cū affectu  
perorat. Mo-  
net enim cō-  
miserationē  
& Milonis &  
sua persona,  
& indignita-  
tem casus il-  
lius exagge-  
rat.  
**4** Ostendit  
inuidū ani-  
mum Milo-  
nis & inte-  
rim merita  
illius erga  
temp. pro-  
fert in quo  
ipsum loquen-  
te inducit.

tiā nimis fortasse multa. quid restat, nisi ut orem  
obtest erq; vos iudices, ut eam in misericordia tribua-  
tis fortissimo viro, quam ipse non implorat, ego au-  
tem repugnante hoc & imploro, & exposco. noli-  
te, si in nostro omnium fletu nullam lacrymā aspe-  
xistis Milonis, si vultum semper eundem, si vocem,  
si orationem stabilem ac nō mutatā videtis, hoc mi-  
nus ei parcere, atque haud scio an multo etiam sit  
adiuviandus magis. etenim si in gladiatorijs pugnis,  
& in infimi generis hominum conditione atq; for-

tunat timidos & supplices, & vt viuere liceat obse-  
crates, etiā odisse solemus; fortes, & animosos, &  
se acriter ipsi morti offerentes seruare cupimus;  
eorumq; nos magis miseret, qui nostram misericor-  
diam non requirunt, quam qui illā efflagitant: quā-  
to hoc magis in fortissimis ciuibus facere debe-  
mus: & me quidem iudices examinant & interimūt  
he

hæc voces Milonis, quas audio assidue, & quibus intersum quotidie. Valeant, inquit, valeant ciues mei, sint incolumes, sint florentes, sint beati; stet hæc urbs præclara, mihiq; patria charissima, quoquo modo merita de me erit; tranquilla Rep. ciues mei (Quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen, perfruantur: ego cedam, atque abibo si mihi Rep. bona frui non licuerit, at carebo mala: & quam primum tetigerò bene moratam & libernam ciuitatem, in ea conquiescā. ò frustra, inquit, suscepti mei labores: ò spes fallaces: ò cogitationes inanes meæ. ego cū Tribunus pl. Rep. oppressa me senatu dedisse, quæ extinctū acceperam; equitibus R. quorū vires erat debiles; bonis viris, qui omnem auditoratē Clodianis armis abiecerant; mihi unquam bonorū præsidii defuturū putare: ego cū te (me cū enim sæpiissime loquitur) patriæ reddidisse, mihi non futurū in patria putare locū: ubi nūc senatus est, quem secuti sumus? ubi equites R. illi, illi, inquit, tui? ubi studia municipiorū? ubi Italæ voces: ubi de nique tua M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox, & defensio? mihi ne ea soli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari: nec vero hæc iudices, ut ego nunc, flens, sed hoc eodē loquitur vultu, quo videtis: negat enim se, negat ingratis ciubus fecisse, quæ fecit; timidis & omnia circunspicientibus pericula, non negat. plebem & infimam multitudinem, quæ p. Cladio duce fortunis vestris immixtæ

1 Massiliæ significat, Nā ibi exulauit.

2 Interpreta-  
tur sententiā  
Milonis, ne  
hæc ferre im-  
potentius &  
ingratiudi-  
nem ex pro-  
bare videa-  
tur.

imminebat, eam, quo tutior esset vita vestra, se fecisse commemorat ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimonij deliniret: nec timet, ne cum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in Remp. singularibus. senatus erga se benevolentiam temporibus his ipsis saepe esse perspectam, vestras vero ex vestrorum ordinum occurstationes, studia, sermones, quemcunque t casum fortuna dederit, secum se ablaturum esse dicit. meminit etiam sibi vocē praeconis modo defuisse, quam minime desiderarit; populi vero cunctis suffragijs, quod unum cupierit, se Consulem declaratum: nunc denique, si haec arma contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimen, obstat.

**¶** Okendit sapientiam Milonis in recte factis estimandis.

addit haec, quae certe vera sunt: fortis ex sapientes viros non tam premia sequi solere recte factorum, quam ipsa recte facta: se nihil in vita nisi preclarissime fecisse, si quidem nihil sit praestabilius viro, quam periculis patriam liberare: beatos esse, quibus ea res honori fuerit a suis ciuibus; nec tamen eos miseros, qui beneficio ciues suos vice-

**2** Iterum facit ipsum loquente, vt imaginē eius qualem descripsit, expri mat.

set: sed tamen ex omnibus premijs virtutis, si es set habenda ratio premiorum, amplissimum esse premium gloriam; esse hanc unam, quae breuitate vitæ posteritatis memoria consolaretur; quae efficeret, vt absentes adessemus, mortui viueremus; hanc denique esse, cuius gradibus etiam homines in cœlū videantur ascendere. **2** de me, inquit, semper populus R.

lus R. semper omnes gentes loquentur, nulla vñquā obmutescet vetustas. quin hoc tempore ipso, cū omnes à suis inimicis faces inuidiae meæ subijciantur, tamen omni in hominum cœtu gratijs agendis, & gratulationibus habendis, & omni sermone celebramur. omitto Hetruria festos & actos & institutos dies. centesima lux est hæc ab interitu P. Clo-  
dij. & opinor, ultra quam fines imperij populi R. sunt, non solum fama iam de illo, sed etiam lætitia peragrauit. quamobrem, ubi corpus hoc sit, non, inquit, labore, quoniam omnibus in terris & iam ver-  
satur, & semper habitabit nominis mei gloria.<sup>i</sup> hæc tu necum s̄epe, his absentibus: sed ijsdem au-  
diētibus, hæc ego tecū Milo. te quidem, quòd isto a-  
nimo es, satis laudare non possum: sed quo est ista  
magis diuina virtus, eò maiore à te dolore diuellor.  
nec vero, si mihi eriperis, reliqua est illa tamen ad  
consolādū querela, ut ijs irasci possim, à quibus tan-  
tū vulnus accepero: nō enim inimici mei te mihi eri-  
pient, sed amicissimi; non male aliquādo de me meri-  
ti, sed semper optime. nullum vñquā iudices mihi tā-  
tū dolorē inuretis, (et si quis potest esse tantus?) sed  
ne hūc quidē ipsum, ut obliuiscar, quanti me sem-  
per feceritis. quæ si vos cepit obliuio, aut si in me  
aliquid offendistis: cur nō id meo capite potius lui-  
tur, quām Milonis? præclare enim vixero, si quid  
mihi acciderit prius, quā hoc tātū mali videro. nūc  
me una consolatio sustentat, quòd tibi o T. Anni  
nullum

i Inducit &  
suam perso-  
nam ad com-  
miserationē,  
ostendēs qua-  
rum doloris  
sibi accidat  
ex casu Milo-  
nis à suo er-  
ga illum stu-  
dio & chari-  
tate.

nullum à me amoris, nullū studij, nullū pietatis officium defuit. ego inimicitias potentium pro te appetui: ego meum sēpe corpus, & vitam obieci armis inimicorum tuorū: ego me plurimis pro te supplēcē abieci: bona, fortunas meas, ac liberorum meorum in communionē tuorū temporum contuli. hoc denique ipso die, si qua vis est parata, si qua dimi-

**3 Dubitatio** catio capitis futura, deposco. 1 quid iā restat? quid deficientis, & habeo, quod dicam, quod faciam protius in me meritis, nisi ut eam fortunam, quæcumque erit tua, dum

cam meam non recuso, non abnuo: vosq; obsecro iudices, ut vestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdem exitio occura esse iubeatis. 2 his lacrymis non mouetur Milo: est quodam incredibili robore animi septus: exi-

**2 Ocurrat ad** mirationi, & hanc ipsam lium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus; morte ad misericordiam naturæ finem esse, non poenam. 3 sit hic ea mēte, quæ diā cōuerit: natus est. quid vos iudices, quo tandem animo eris?

**† Sed hic** ea mēte or natus est. memoriam Milonis retinebitis, ipsum ejicietis: & erit dignior locus interris ullus, qui hanc virtutē excipiat, quam hic, qui procreauit 3: vos, vos ap-

**3 Appellat** circumstātem coronam & indignitatē ostendit. pello fortissimi viri, qui multum pro Rep. sanguinem effudistis, vos in viri, & in ciuis iniucti appello periculo centuriones, vosq; milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iu-

**4 Redit ad** suā personā & ad merita expelletur: exterminabitur: ejicietur: 4 o me miserum: o infelicem: reuocare tū me in patriā Milo potuisti

tristis per hos, ego te in patria per eosdem retinere  
 non potero? quid respondebo liberis meis, qui te pa-  
 rentem alterum putant? quid tibi Qu. frater, qui  
 nunc abes, consorti mecum temporum illorum? me  
 non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per  
 quos nostram ille seruasset? at in qua causa non  
 potuisse? quae est grata gentibus: à quibus non po-  
 tuisse? ab ijs, qui maxime p. Clodij morte acquie-  
 runt: quo deprecante me. <sup>1</sup> quodnam concepi tan-  
 tum scelus, aut quod in me tantum facinus admisi  
 iudices, cum illa indicia communis exitij indagauit,  
 patet feci, protuli, extinxi: omnes in me, meosq; re-  
 dundant ex illo fonte dolores. quid me reducem esse  
 voluistis? an ut inspectante me expellerentur ij,  
 per quos essem restitutus? nolite obsecro vos, pa-  
 ti, mihi acerbiorem redditum esse, quam fuerit ille  
 ipse discessus: nam qui possum putare me resti-  
 tutum esse, si distrahor ab ijs, per quos restitutus  
 sum? <sup>2</sup> utinam dij immortales fecissent (pace tua  
 patria dixerim: metuo eum, ne scelerate dicam  
 in te, quod pro Milone dicam pie) ut p. Clodius  
 non modo viueret, sed etiam Prætor, Consul,  
 Dictator esset, antequam hoc spectaculum vide-  
 rem. <sup>3</sup> ò dij immortales fortem, & à vobis iudices  
 conseruandum virum. minime, minime, inquit: im-  
 mo vero penas ille debitas luerit, nos subeamus, si  
 ita necesse est, nō debitas. hiccine vir patriæ natus,  
 & squam, nisi in patria, morietur? aut, si forte pro

<sup>1</sup> Accusat se  
quasi autor  
sit periculi  
Milonis. Er-  
go hoc mag-  
no cū mota  
pronuncian-  
dum est, ut  
omnia ferè  
in hac parts  
orationis.

<sup>2</sup> Euadit lon-  
gius etiam  
quam probet  
ex impotētia  
doloris.

<sup>3</sup> Redit ad cō-  
stantiam Mi-  
lonis in qua  
desinat.

patria,

patria, huius vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia nullum sepulchrum esse patiemini? hunc sua quisquam sententia ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulsum à vobis ad se vocabunt: ò terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit; hanc ingratam, si eiecerit; miseram, si amiserit.

<sup>1</sup> Abrumpit orationē qua si amplius nō possit, id quod restat & oratoriē facit, ne languescat affectus. sed finis sit: neq; enim præ lacrymis iam loqui possum, et hic se lacrymis defendi vetat. vos oro obtestorq; iudices, ut in sententijs ferēdis, quod sentietis, id audeatis. vestram virtutē, iustitiam, fidem, mihi credite, is maxime probabit, qui in iudicibus legendis optimum & sapientissimum quenque legit.

dos uerterest studiante s̄q̄esta alu  
miradet multo q̄dārē standecon  
rabos habet unde eas de uice  
iāuille alu uide los dos una  
mentri rāce le pueas oltraz con  
la qual los orientes de clamur  
cho se usq; uentaran q̄dāq̄ntan  
tessē Cœcien nos srnileg' 10  
omancar

ORATIONIS PRO  
SEX. ROSCIO AMER.  
ARGUMENTVM.

**S**ex. Roscius Amerinorum ut nobilissimus, ita locupletissimus fuit. Eum à cœna redeuntem, T. Roscius Magnus, cum quo ei veteres inimicitiae intercedebant, ad balneas Palatinas Romæ hora noctis prima occidit. T. Roscius Capito, qui Ameriæ erat, ea deinceps nocte huius cœdis factus certior, Chrysogono Syllæ liberto in castis ad Volaterras hoc factum nunciat. Chrysogonus Roseij, tanquam proscripti bona amplissima paruo à L. Sylla emit. eorum tria prædia dat Capito ni; in reliqua T. Magnus Chrysogoni nomine impetum facit. Quò autem his bonis pacatiūs fruerentur, Sex. etiam Roscio filio insidias collocant. qui id fieri præsentiens, ab Ameria, bonis omnibus spoliatus, Romam confugit. Hac igitur occasione frustrati, C. Erucio accusatore eūdem conficto crimine parricidij reuera constituunt. Cuius defensio nem cùm metu Syllæ nullus suscipere auderet, Cicero adhuc adolescēs & nuper ex Graecia reuersus, rogātibus amicis Roscij, nihilq; ad primum nominis sui splendorem commodius inueniri posse affirmantibus, eius patro

Q

cinium

cinium suscepit, atque victoriam summa cū laude reportauit. Est autem hæc prima causa publica in crimine capitali, quam Cicero dixit (auctore Gellio) annos natus 27. nō sine magna populi voluptate. Absoluto autē Roscio, metuens Ciceronem Syllam, simulata valedicinis causa, in Græciam iterū, & mox inde in Asiam concessit, ut in eius vita scribit Plutarchus. Oratio Iudicialis est. Status causæ; non esse parricidium factum à Roscio. Constitutio ipsa coniecturalis.

## M. T. CICERONIS PRO SEX. ROSCIO AMERI- NO ORATIO.

<sup>1</sup> Excusatio  
ætatis. primus  
locus.

Redo <sup>1</sup> ego vos Iud. mirari, quid sit, quod cum tot summi oratores, hominesq; nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, is, qui neq; ætate, neque ingenio, neque autoritate sim cū ijs, quis cedeat, comparandus. Omnes enim hi, quos videtis adesse in hac causa, iniuriā nouo scelerē cōflatam putat oportere defendi: defendere ipsi propter <sup>2</sup> iniquitatē temporū nō audet. ita fit, ut advidelicet. sint, propterea q; officiū sequuntur: taceat autē idcirco, quia periculū metuūt. <sup>3</sup> Quid ergo: audacissimus ego ex omnibus? minimè. at tanto officiosior, quam ceteri: ne istius quidē laudis ita sum cupidus, ut alijs cā præceptā velim. Quæ me igitur res præ-

ter ceteros impulit, ut causam Sex. Roscij recipere  
 re: quia si quis istorū dixisset, quos videtis adesse, in  
 quibus summa autoritas est, atq; <sup>1</sup> amplitudo, si ver  
 bū de Rep. fecisset, id quod in hac causa fieri necesse  
 est, multo plura dixisse, quā dixisset, putaretur ego  
 etiā si omnia, quae dicēda sunt, liberè dixerō, nequa-  
 quam tñ similiter oratio mea exire, atq; in vulgus  
 emanare poterit. <sup>2</sup> Deinde, q; ceterorū neq; dictū  
 obscurū pōt esse propter nobilitatē et amplitudi-  
 nē, neq; temere dicto cōcedi pp̄ter etatē & prudē-  
 tiā. ego si quid liberius dixerō, vel occultū esse, pp̄te  
 reā, q; nōdū ad Rēp. acceſsi, vel ignosci adolescētiā  
 mea poterit: <sup>3</sup> tametsi nō modō ignoscēdi ratio, ve  
 rū etiā cognoscēdi cōsuetudo iā de ciuitate sublata  
 est. <sup>4</sup> Accedit illa quoq; causa, q; à ceteris forsitan  
 ita petitū sit, ut dicerēt, vt vtrūvis saluo officio se  
 facere posse arbitrarētur. à me aut ij cōtēderūt, qui  
 apud me et amicitia, & beneficijs, & dignitate plu-  
 rimū possunt: quorū ego neq; benevolētiā erga  
 me ignorare, nec autoritatēm aspernari, nec volun-  
 tamē negligere debeam. His de causis ego huic cau-  
 sā patronus extiti, nō electus unus, qui maximo in-  
 genio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo  
 possem dicere: neq; uti satis firmo præſidio defen-  
 sus Sex. Roscius, verū vti ne omnino desertus esset.  
<sup>5</sup> Forsitā queratis, qui iste terror sit, & quae tanta  
 formido, quae tot ac tales viros impedit, quō min?  
 p capite & fortunis alterius, quēadmodū cōsuevit

<sup>1</sup> Propter Syl  
la videlicet.

<sup>2</sup> Repetitio  
prioris sentē  
tix.

<sup>3</sup> Cōsiderat  
tix.

Scomma.

<sup>4</sup> Locus se-  
cundus.

<sup>5</sup> Cur alij nō  
defendāt. Lo-  
cus tertius,  
tix.  
hoc est. nasci-  
tur enim ex  
causa.

Q 2 runt,

runt, causam velint dicere. quod adhuc vos ignorare non mirum est, propterea quod cōsultō ab accusatoribus, eius rei, quae conflauit hoc iudicium, mentio facta non est. Quae res ea est: bona patris huius-

<sup>2</sup> Hoc est se xagies cente na sestertia.

ce Sex. Roscij, <sup>2</sup> quae sunt sexagies, quae de viro fortissimo & clarissimo L. Sylla, quem honoris causa nomino, duobus millibus nummū sese dicit emisse adolescentis vel potentissimus hoc tempore nostrae ciuitatis L. Cornelius Chrysogonus. Is à vobis Iudices hoc postulat, ut quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque præclarā nullo iure inuaserit, <sup>2</sup> quoniamq; ei pecuniae vita Sex. Roscij obstarat atq; officere videatur, deleatis ex animo suo suspicionē omnem, metumq; tollatis, sese hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplū & copiosum posse obtainere: damnato & eiecto, sperat se posse quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesq; stimulat ac pungit, ut euellatis postulat: ut ad hanc suam prædam tam nefariam adiutores vos profiteamini. Si vobis & quā & honesta postulatio videtur Iudices:

<sup>3</sup> nō. id est, facile possemus ferre eripi fortunam nobis modo relinquerent huc animum, ego contrā brevē postulationē affero, & (quomo-  
do mihi persuadeo) aliquāto & quiorem. Primum à Chrysogono peto, <sup>3</sup> ut pecunia fortunisq; nostris contentus sit: sanguinē & vitam ne petat. Deinde à vobis Iudices, ut audaciū sceleri resistatis, innocen-  
tū calamitatē leuetis, & in causa Sex. Roscij, peri-  
culum,

culum, quod in omnes intēditur, propulsetis. Quod si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet denique vel minima res reperiatur, quamobrē videantur illi non nihil tamen in deferendo nomine secuti: postremo si præter eam prædam, quam dixi, quicquam aliud causæ inueneritis: non recusamus, quin illorum libidini Sex. Roscij vita dedatur, si aliud agitur nihil, nisi ut ijs ne quid desit, quibus satis nihil est: si hoc solum hoc tempore pugnat, ut ad illam opimam, præclaramq; prædam damnatio Sex. Roscij velut cumulus accedat: nonne cum multa indigna, tum vel hoc indignissimum est, vos idoneos habitos, per quorum sententias, iusq; iurandum id assequātur, quod antea ipsi scelere & ferro assequi consueuerunt: qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc consiliū delecti estis propter seueritatem: ab his hoc postulare homines sicarios atque gladiatores, non modò ut supplicia vitent, que à vobis pro maleficijs suis metuere atque horrere debent: verū etiam ut spolijs Sex. Roscij hoc iudicio ornati auctijs discedant: His de rebus tantis, tamq; atrocibus neque satis commodè dicere, neque satis grauiter conqueri, neque satis liberè vociferari posse intelligo. Nam commoditati ingenium, grauitati ætas, libertati tempora sunt impedimento. Huc accedit summus timor, quem mihi natura, pudorq; meus attribuit, & vestra dignitas, & vis aduersariorum, & Sex.

XXXI. ORATIO PRO

1 Epilogus, Rosciij pericula.<sup>1</sup> Quapropter vos oro atque obse-  
quartus lo- cro iudices, ut attete, bonaq; cum venia verba mea  
sus. audiatis. Fide, sapientiaq; vestra fretus plus oneris  
sustuli, quam ferre me posse intelligo: hoc onus si  
vos aliqua ex parte alleuabitis, feram ut potero,  
studio et industria iudices: si à vobis (id quod nō  
spero) deserar, tamen animo non deficiā, et id quod  
suscepi, quo ad potero, perferam; quod si perferre  
non potero, opprimi me onere officij mala, quam  
id quod mihi cum fide semel impositum est, aut pro-  
pter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem  
animi deponere. 2 Te quoque magnopere M. Fanni  
quaeso, ut qualem te iam antea populo Romano  
præbuisti, cum huic idem questioni. Index præf-  
ses, talem te et nobis et P. R. hoc tempore imper-  
maleficijs. q. tias. 3 Quanta multitudo hominum conuenerit ad  
hoc iudicium, vides: que sit omnium mortalium  
Rosciū iudi- expectatio, quæ cupiditas, ut acris ac seuera iudi-  
cibus iugulā- cia fiant, intelligis. Longo interuallo iudicium inter-  
dum, & spe- rant tam faci sicarios hoc primum committitur, cum interea cæ-  
le in iudicio des indignissimæ, maximæq; factæ sint. 4 Omnes  
oppriimi pos- hanc questionem te Prætore de manifestis malefi-  
se, quam si cijs, quotidianoq; sanguine haud remissius sperant  
ipſi manu cō foderent: sed futurum. 5 Qua vociferatione in ceteris iudicijs  
beni diuer- accusatores uti consueverunt, eanos hoc tempore  
sum sperant. 5 Fiducia & utimur, qui causam dicimus. Petimus abs te M. Fan-  
exaggeratio ni, à vobisq; iudices, ut quam acerrimè maleficia  
indignita- vindicetis, ut quam fortissimè hominibus audacissi-  
mis

emis resistatis: ut hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui  
 uester animus sit, ostendetis, eò prorumpere homi-  
 num cupiditatem, & scelus, & audaciam, ut non  
 modò clam, verùm etiam hic in foro, ante tribunal  
 tuū M. Fanni, ante pedes uestros iudices, inter ipsa  
 subsellia cœdes future sint. Etenim quid aliud hoc  
 iudicio tentatur, nisi ut id fieri liceat? Accusat ij,  
 qui in fortunas huius inuaserūt: causam dicit is, cui  
 præter calamitatem nihil reliquerunt. <sup>1</sup> Accusat <sup>2</sup> Frequentia  
 ij, quibus occidi patrem Sex. Roscij, bono fuit: cau-  
 sam dicit is, cui non modò luctum mors patris attu-  
 lit, verùm etiam egestatem. Accusat ij, qui hunc  
 ipsum iugulare summè cupierunt: causam dicit is,  
 qui etiam ad hoc ipsum iudicium cum presidio ve-  
 nit, ne hic ibidem ante oculos uestros trucidetur.  
 Denique accusant ij, quos populus poscit: causam  
 dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria cæde  
 restat. <sup>2</sup> Atque ut facilius intelligere possitis Iudi- <sup>2</sup> Transicio-  
 ces, ea quæ facta sunt, indigniora esse, quam hec  
 sunt quæ dicimus; ab initio, res quemadmodū gesta  
 sit, vobis exponemus: quò facilius & huius homi-  
 nis innocentissimi miserias, & illorum audaciā co-  
 gnoscere possitis, & Republicæ calamitatē. <sup>3</sup> Sex. <sup>3</sup> Narratio.  
 Roscius pater huiusc, municeps Amerinus fuit, cū  
 genere & nobilitate & pecunia non modò sui mu-  
 nicipij, verùm etiam eius vicinitatis facile primus,  
 tum gratia atque hospitijs florens hominū nobilissi  
 morum. Nam cum Metellis, Seruilijs, Scipiōibus

erat ei non modo hospitium, verum etiam domesticus usus & consuetudo: quas (ut aequum est) familiis honestatis, amplitudinisq; gratia nomino. Itaque ex suis omnibus commodis hoc solum filio reliquit. nam patrimonium domestici predones vi erexit possident: fama, & vita innocentis ab hospitiis, amicisq; paternis defenditur.

**1 Semina probationis adspexit.**

<sup>1</sup> Hic cum omni tempore nobilitatis fautor fuisset, tum hoc tumultu proximo, cum omnium nobilium dignitas & salus in discrimen veniret, praeter ceteros in ea vicinitate <sup>2</sup> eam partem, causamq; opera, studio, auctoritate defendit. Etenim rectum putabat, pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur.

**3 Id est deuictus est Marcius.**

Postea quā <sup>3</sup> victoria constituta est, ab armisq; recessimus, cum proscriberentur homines, <sup>4</sup> atque ex omni regione caperentur iij, qui aduersarij fuisse putabantur, erat ille Romæ frequens atque in foro, & in ore omnium quotidie versabatur: magis ut exulta

**5 Occasiones sunt quibus confirmat nō metuendam fuisse Roscio proscriptio mem.**

re victoria nobilitatis videretur, <sup>5</sup> quam timere, ne quid ex ea calamitatis sibi accideret. Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Roscijs Ameriniis, quorum alterum sedere in accusatorum subsellijs video, alterum tria huiusc prædia possidere audio: quas inimicitias si tam cauere potuisset, quam metuere solebat, viueret. Neq; enim Iud. iniuria metuebat. nā duo isti sunt T. Roscij, quorū alteri Capitoni cognomen est: iste, qui adest, Magnus vocatur: homines

homines eiusmodi: alter i plurimarum palmarum <sup>1</sup> Id est qui  
vetus ac nobilis gladiator habetur: hic autem nu- multos occi-  
per se ad eum lanistam contulit, qui, cum<sup>2</sup> ante hanc dit, qui ma-  
pugnam tiro esset scientia, facile ipsum magistrum gnus est la-  
scelere, audaciaq; superauit. Nam cum hic Sex. Ro- tro: metapho-  
scius esset Ameriae, T. autem iste Roscius Romae: cū ria à gladiato-  
hic filius assiduus in prædijs esset, cumque se volun- ribus sumpta-  
tate patris rei familiaris, vitæq; rusticæ dedisset, iste <sup>2</sup> Id est ante  
autem frequens Romæ esset: occiditur ad balneas occisum Ro-  
Palatinas rediens à cœna Sex. Roscius. Spero ex scium.  
hoc ipso non esse obscurum, ad quem suspicio male-  
ficij pertineat. Verum id, quod adhuc est suspicio-  
sum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, <sup>3</sup> Hunc scili-  
culpæ iudicatoe. Occiso Sex. Roscio primus Ame-  
riam nuntiat Manlius Glaucia quidam, homo te-  
nuis, libertinus, cliës, & familiaris istius T. Roscij:  
& nuntiat domum, non filij, sed T. Capitonis inimi-  
ci. & cum post horam primam noctis occisus esset,  
primo diluculo nuntius hic Ameriam venit: decem  
horis nocturnis sex & quinquaginta millia pas-  
suum cisiis peruolauit: non modò ut exoptatum ini-  
mico nuntium primus afferret, sed etiam cruorem  
inimici quam recentissimum, & telumque paulò an- <sup>4</sup> Tragicum  
tè è corpore extractum ostenderet. Quatriduo, quo <sup>πάθος</sup>  
haec gesta sunt, res ad Chrysogonū in castra L. Syb-  
la Volaterras defertur: magnitudos pecuniæ demō-  
stratur: bonitas prædiorum, (nam fundos decem,  
& tres reliquit, qui Tyberim ferè omnes tan-

4 Tragicum  
πάθος

5 Pecuniā ve-  
teres voca-  
bant vniuer-  
sam possessio-  
nem.

gunt) huius inopia & solitudo commemoratur, demonstrant, cum pater huiuscē Sex. Roscius homo tam splendidus & gratus, nullo negotio sit occisus, perfacile hunc hominem incatum, & rusticū, & Rome ignotum de medio tolli posse. ad eam rem operam suam pollicentur. Ne diutius vos teneam

<sup>1</sup> idest duo il  
li Rocij fa-  
ciunt societa-  
tem cū Chry-  
sogono.

<sup>2</sup> i. redēptor  
bonorū. Mā-  
cipes sunt qui  
a Rep. redi-  
mant quod  
postea ven-  
dant suo ar-  
bitrati.

<sup>3</sup> i. 50. coro-  
natis.

<sup>4</sup> Occupatio.  
Cauer autem  
vbique ne im-  
pingat in Syl-  
lam.

Iud. <sup>1</sup> societas coitur. Cum iam proscriptio[n]is men-  
tio nulla fieret, & cum etiam qui antea metuerant  
redirent, ac iam defunctos se se periculis arbitrarē-  
tur: hominis studiosissimi nobilitatis <sup>2</sup> manceps fit  
Chrysogonus: tria prædia vel nobilissima Capitoni  
propria traduntur, quæ hodie possidet: in reliquas  
omnes fortunas iste T. Roscius nomine Chrysogo-  
ni, quemadmodum ipse dicit, impetum facit. Hæc bo-  
na sexagies H. S. emuntur 3 duobus millibus nu-  
mūm. 4 Hæc omnia Iud. imprudente L. Sylla facta  
esse certò scio. Neque enim mirum, cùm eodem tem-  
pore & ea quæ præterita sunt, & ea quæ videntur  
vbiique ne im- instare, præparet: cùm & pacis constituendæ re-  
spingat in Syl- tionem, & belli gerendi potestatem solus habeat:  
cùm omnes in unum spectent, unus omnia guber-  
net: cùm tot tantisque negotijs distentus sit, ut respi-  
rare liberè non possit: si aliquid non animaduertat:  
cùm præfertim tam multi occupationem eius obser-  
uent, tempus q[uod] aucupentur, ut simul atque ille de-  
spexerit, aliquid huiuscmodi moliantur. Huc acce-  
dit, quod quanuis ille felix sit, sicut est, tamen in tan-  
ta felicitate nemo potest esse in magna familia, qui  
neminem

neminem neque seruum, neque libertum improbum  
habeat. Interea iste T. Roscius vir optimus, 1 pro- 1 Ironia  
curator Chrysogoni, Ameriam venit, in prædia hu-  
ius inuidit: 2 hunc miserum, luctu perditum, qui nō 2 Pathetica  
dum etiam paterno funeri iusta soluisset, nudum eij  
cit domo, atque foci patrijs, disisque penatibus pre-  
cipitem Iudices exturbat: ipse amplissimæ pecuniae  
fit dominus. 3 Qui in sua re fuissest elegantissimus,  
erat (ut fit) insolens in aliena. Multa palam domum  
suam auferebat, plura clam de medio remouebat:  
non pauca suis adiutoribus largè, effusèque dona-  
bat: reliqua constituta auctione vendebat. 4 Quod  
Amerinis usque eò visum est indignum, ut urbe to-  
ta fletus, gemitusque fieret. Etenim multa simul an-  
te oculos versabantur: mors hominis florentissimi  
Sex. Roscij crudelissima: filij autem eius egestas in-  
dignissima: cui de tanto patrimonio prædo iste ne-  
farius ne iter quidem ad sepulcrum patrium reli-  
quisset: bonorum emptio, flagitiosa possessio, furtæ,  
rapinæ, donationes. Nemo erat, qui non ardere  
omnia mallet, quam videre in Sex. Roscij viri opti-  
mi atque honestissimi bonis iactantem se, ac domi-  
nantem T. Roscium. Itaque Decurionum decre-  
tum statim fit, 5 ut decem primi proficiscantur  
ad L. Syllam, doceantque eum, qui vir Sex. Ro-  
scius fuerit: conquerantur de istorum scelere, & in  
iurijs: orent, ut & illius mortui fama, & filij inno-  
cētis fortunas cōseruat as velit. Atque ipsum decre-  
tum

3 Amplificat  
indignitatē  
vt reliqua  
subtexat verā  
similius.

4 Occasio  
profugiēdi.

5 qui erant  
successori in  
oppidis. Sunt  
autem sena-  
tores in mu-  
nicipijs.

eum quæso cognoscite. DECRETVM DECVR  
 RIONVM. Legati in castra veniunt. intelligitur  
 Iud. id quod iam ante dixi, imprudente L. Sylla sce-  
 ler a hæc, et flagitia fieri. nam statim Chrysogonus  
 1 id est, subor-  
 nat  
 arat. 3  
 2 id est, sim-  
 plices, candi-  
 di, homines  
 antiquorum  
 morum: ista  
 faciunt ora-  
 tionem veri  
 similem.  
 3 Laudatian  
 cula mulie-  
 ris.  
 et ipse ad eos accedit, et homines nobiles allegat  
 ijs, qui peterent, ne ad Syllam adirent, et omnia  
 Chrysogonum quæ vellent, esse facturum pollic=  
 rentur. Usque adeo autem ille pertinuerat, ut mo=  
 ri mallet, quam de his rebus Syllam doceri. 2 Homi=  
 nes antiqui, qui ex sua natura ceteros fingerent,  
 cum ille confirmaret sese nomen Sex. Roscius de ta=  
 bulis exemptum, prædia vacua filio traditum;  
 cumq; id ita futurum T. Roscius Capito, qui in X.  
 Legatis erat, appromitteret, crediderunt: Ame=  
 riam re inorata reuerterunt. ac primò rem differre  
 quotidie, ac procrastinare isti coepérunt: deinde ali  
 quanto lentius, nihil agere, atq; deludere: postremò  
 (id quod facile intellectum est) infidias vita  
 sce Sex. Roscius parare, neque sese arbitrari posse  
 diutius alienam pecuniam domino incolumi obser=  
 re. Quod is simulat que sensit, de amicorum cogi=  
 torumq; sententia Romam confugit, et sese ad Ce=  
 ciliam Nepotis filiam, quam honoris causa nomino=  
 contulit, qua pater usus erat plurimum. in qua mu=br/>
 liere Iud. etiam nunc, id quod omnes semper existi=br/>
 mauerunt, quasi exempli causa vestigia antiqui of=br/>
 ficij remanent. Ea Sex. Roscius inopem, electum domo  
 atque expulsum ex suis bonis, fugientem latronum  
 tela et

tela et minas recepit domum, hospitique oppresso  
 iam desperatoque ab omnibus opitulata est. Eius  
 virtute, fide, diligentia factum est. <sup>1</sup> ut hic potius <sup>i</sup>  
 viuus in reos, quam occisus in proscriptos referre-  
 tur. Nam postquam isti intellexerunt summa dili-  
 gentia vitam Sex. Roscij custodiri, neque sibi ullam  
 cædis faciundæ potestatem dari: consilium ceperūt  
 plenum sceleris, et audacie, ut nomen huius de par-  
 ricidio deferrent: ut ad eam rem <sup>2</sup> aliquem accusa-  
 torem veterem compararent, qui de ea re posset di-  
 cere aliquid, in qua re nulla subesset suspicio: <sup>3</sup> deni  
 que ut, quoniam crimine non poterant, tempore ipso  
 pugnarent: ita loqui homines, quod iudicia tamdiu  
 facta non essent, condemnari eum oportere, qui  
 primus in iudicium adductus esset: huic autem pa-  
 tronos propter Chrysogoni gratiam defuturos: de  
 bonorum vēditione, et de ista societate verbū esse  
 factum un neminem: ipso nomine parricidiū, et atro-  
 citate criminis fore, ut hic nullo negotio tolleretur  
 cum de nullo defensus esset. Hoc consilio, atq; adeo  
 hac iniuria impulsi, quem ipsi, cùm cuperent, non  
 potuerunt occidere, cum iugulandum vobis tradi-  
 derunt. <sup>4</sup> Quid primum querar? aut unde potissi-  
 mū exordiar iudices? aut quod, aut à quibus auxi-  
 lium petam: De omnīne immortalium? populine Ro-  
 manī? vestrīmne, qui summā potestatem habetis,  
 hoc tempore fidē implorem? <sup>5</sup> Pater occisus nefarīe,  
 domus obsessa, inimicis bona adēpta, possessa, di-  
 recepta

<sup>2</sup> Eruciū quā  
 fuit nihil ra-  
 bula.  
<sup>3</sup> Occasiones  
 quibus rem  
 reddit verifi-  
 milem.

<sup>4</sup> Epilogus  
 narrationis  
 & exclama-  
 tionis. Habeat  
 etiam repeti-  
 tionem qua  
 prostruit val-  
 lum &c.  
<sup>5</sup> Collectio  
 criminū eon-  
 geries.

repta: filij vita infesta, saepe ferro atque insidijs appetita. quid ab his tot maleficijs sceleris abesse videatur: tamen haec alijs nefarijs cumulant, atque adagent: crimen incredibile configunt: testes in hunc & accusatores huiusc pecunia comparant: hanc conditionem misero ferunt, ut optet utrum malitieruices Roscio dare, an insutus in culeum supplicium parricidarum per summum dedecus vitam amittere. patronos huic defuturos putauerunt: de sunt. qui libere dicat, qui cum fide defendat, id quod in hac causa est satis, quoniam quidem suscepi, non deest profecto Iudices. Et forsitan in suscipienda causa temere impulsus adolescentia fecerim: quoniam quidem semel suscepi, licet hercules vindique

+ alias: omnes in me terrores, periculaque impendeat omnes terro= nia succurrat atque subibo. Certum est, deliberares, minae, tumq; quae ad causam pertinere arbitror, omnia no modo dicere, verum etiam libenter, audacter, libe

I yis̄p̄us  
infine, qu addit aliquid ponderis su perioribus.  
Nihil inci det quod pl apud me va liturum sit, quam fides.

reque dicere. Nulla res tanta existat Iudices, ut possit vim mihi maiore adhibere metus, quam fides. Etenim quis tam dissoluto animo est, qui haec cu vi deat, tacere ac negligere possit patrem meum, cum proscriptus non esset, iugulastis: occisum in proscriptorum numerum retulistis: me domo mea per vim expulstis: patrimonium meum possidetis. Quid vultis amplius? etiamne ad subsellia cum ferro atque telis venistis, ut hic aut iuguletis, aut condemnatis Sex. Roscium: Hominem loge audacissimum nuper habuimus

habuimus in ciuitate: C. Fimbriam, & quod inter  
 omnes constat, nisi inter eos qui ipsi quoque insa-  
 niunt, insanissimum. is cum curasset in funere C. Ma-  
 rij, ut Q. Scæuola vulneraretur, vir sanctissimus at  
 que ornatissimus nostræ ciuitatis (de cuius laude ne  
 que hic locus est ut multa dicantur, neque plura ta-  
 men dici possunt, quam populus Romanus memo-  
 ria retinet) diem Scæuolæ dixit posteaquam compe-  
 rit eum posse viuere. cum ab eo quereretur, quid tam  
 dem accusatus esset eum, quem pro dignitate ne  
 laudare quidem quisquam satis commode posset:  
 aiunt hominem (ut erat furiosus) respondisse, quod  
 non totum telum corpore receperisset. quo populus  
 Romanus nihil vidit indignius, nisi eiusdem viri  
 mortem: quæ tantum potuit, ut omnes ciues suos  
 perdiderit, & affixerit: quos quia seruare per co-  
 positionem volebat, ipse ab ijs interemptus est. Est  
 ne hoc illi dicto, atque facto Fimbriæ non simillimum  
 accusatis Sex. Roscium. quid ita? quia de manibus  
 vestris effugit: quia se occidi passus non est. illud  
 quia in Scæuola factum est, magis indignum vide-  
 tur: hoc, quia sit à Chrysogono, num est ferendū? 3. 3. Transitio.  
 Nam per deos immortales, quid est in hac causa,  
 quod defensionis indigeat? qui locus ingenii patro-  
 ni requirit, aut oratoris eloquentiæ magnopere de-  
 siderat? Totam causam iudices explicemus, atq; an-  
 te oculos expositā consideremus. ita facillimè que-  
 res totum iudicium cōtineat, & quibus de rebus nos-  
 dicere

1 Fibria fuit  
 iniquus partē  
 bus optimis-  
 tium.

2 Quia nō po-  
 tui occidere  
 vereor me  
 acculer: ego  
 eum antea  
 tam.

dicere oporteat, & quid vos sequi conueniat, intellexisse. **Distributio** ligetis. **Tres** sunt res, quantum ego existimare possum, quae obstant hoc tempore Sex. Roscio: crimen aduersariorum, & audacia, & potentia. Crimen debeat, & minis confictionem accusator Erucius suscepit: audiatur quid interdat. Sed quia narratio preceps autem, is, qui plurimum potest, potentia pugnat. De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Quid igitur est: non eodem modo de omnibus: se iam parare orationem in Chrysogone nisi sed purgante suspitione Rosch filii.

**Confutatio** duorum argu- patre Sex. Roscius arguitur. **Scelestum**, dij immor- mentorum Eruci.

**Amplifica-  
tio à contra-  
rio adhibe-  
tur propter  
ea, ut exten-  
sauerit cau-  
se quibus v-  
sus est Eru-  
cine.**

tales, ac nefarium facinus, atque eiusmodi, quo uno maleficio scelerata omnia complexa esse videantur. Etenim si (id quod preclare a sapientibus dicitur) vultu sepe laeditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura diuina atque humana cogebant: in hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita raro extitit, ut, si quando auditum sit, portenti ac prodigijs simile numeretur, quibus tandem te C. Eruci argumentis accusatorem censes uti oportere: nonne & audaciam eius, qui in crimen vocetur, singularem ostendere,

¶ mores feros, immanemq; naturam, & vitam vi-  
tis, flagitijsque omnibus deditam, & denique om-  
nia ad perniciem profligata atque perdita quorum  
tu nihil in Sex. Roscium, ne obijciendi quidem cau-  
sa contulisti. Patrem occidit Sex. Roscius. ¶ Qui ho-  
mo? Adolescentulus corruptus, & ab hominibus  
nequam inductus? annos natus magis quadraginta.  
Vetus videlicet sicarius, homo audax, & sepe in cœ-  
de versatus? at hoc ab accusatore ne dici quidem  
audistis. Luxuries igitur hominem nimirum, &  
eris alieni magnitudo, & indomita animi cupidii-  
tates ad hoc scelus impulerunt. De luxuria pungas  
uit Erucius, cum dixit hunc ne in coniuncto quidem  
ullo ferè interfuisse. nihil autem vñquam debuit. cu-  
piditates porrò quæ possunt esse in eo, qui (ut ipse  
accusator obiecit) ruri semper habuari, & in ar-  
gro colendo vixerit? quæ vita maxime disiuncta à  
cupiditate & cum officio coniuncta? Quæ res igitur  
tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit? Patri  
inquit, non placbat. Patri non placebat? quam ob-  
causam? Necesse est erunciam, quoque iustam, &  
magnam, & perspicuum fuisse. Nam ut illud in-  
credibile est, mortem oblatam est patri à filio sine  
plurimis, & maximis causis. sic hoc verisimile no-  
est, odio fuisse parenti filium sine causis multis, &  
magnis, & necessarijs. Rursus igitur eodem reuer-  
tamur & queramus, quæ tanta vitia fuerint  
in unico filio, quare is patri displiceret. at perspi-

<sup>sq; recollit 1.</sup>  
<sup>129</sup>  
1 Repetitio  
superioris  
sententiaz q.d.  
nulla sunt  
notæ impro-  
ba mentis.

cium est, nullum fuisse. Pater igitur amēs, qui odīset eum sine causa, quem procrearat, at is quidem  
 1 Scilicet pāter.  
 fuit omnium constantissimus. Ergo illud iam per-  
 spicum profectō est, si neque amens pater, neque  
 pēditus filius fuerit: neque odij causam patri, ne-  
 que sceleris filio fuisse. 2 Nescio, inquit, quae causa  
 2 Argumen-  
 tum Eruci  
 ex signo est.  
 odij fuerit: fuisse odium intelligo: quia antea, cūm  
 duos filios haberet, illum alterum, qui mortuus est  
 secum omni tempore volebat esse: hunc in prædia  
 3 Cōfutatio:  
 sed p̄fatur  
 & r̄tib̄t̄. rustica relegarat. 3 Quod Erucio accidebat in ma-  
 la, nugatoriaq; accusatione, idem mihi usu venit in  
 4 Idest, tam  
 clara sunt, vt  
 non opus ha-  
 beant confu-  
 tatione.  
 5 Inuersio, si  
 odisset eum,  
 non tradidis-  
 set ei sua bo-  
 na rusticana.  
 6 Repetitio  
 & exaggera-  
 tio interro-  
 gationis, à  
 specie transit  
 ad genus &  
 ad locū com-  
 munem.  
 7 Yt̄x̄a  
 hactenus fue-  
 rūti: iam sunt  
 & r̄t̄x̄a  
 argumenta.

tam fructuosa Sex. Roscius filio suo relegationis,  
 ac supplicij gratia colenda ac tuenda tradiderat: quid hoc? Patres familiās, qui liberos habent, præ-  
 certim homines illius ordinis, ex municipijs rusticis, nonne optatissimum sibi putant esse, filios  
 suos rei familiari maximē seruire, & in prædijs co-  
 lendis operæ plurimum studijq; consumere? An  
 amandarāt hunc sic, ut esset in agro, ac tantum-  
 modo aleretur ad villam? ut commodis omnibus  
 careret? quid si constat, hunc non modò colendis  
 prædijs p̄fuisse, sed certis fundis patre viuo frui  
 solitum esse? tamenne hæc attenta vita, & rusticis  
 relegatio atque amandatio appellabitur? 6 Vides

Eruci

Eruci quantum distet argumentatio tua ab re ipsa,  
 atque a veritate. Quod consuetudine patres fa-  
 ciunt, id quasi nouum reprehendis: quod benevo-  
 lentia fit, id odio factum criminaris: quod honoris  
 causa pater filio suo concessit, id eum supplicij  
 causa fecisse dicis. Neque haec tu non intelligis, sed  
 usque eò, quid arguas, non habes, ut non modo  
 tibi contra nos dicendum putas, verum etiam con-  
 tra rerum naturam, contraq; consuetudinem ho-  
 minum, contraq; opiniones omnium. At enim cùm  
 duos filios haberet, alterum à se non dimittebat,  
 alterum ruri esse patiebatur. Qüeso Eruci, ut hoc  
 in bonam partem accipias: non enim exprobran-  
 di causa, sed commonendi gratia dicam. Si tibi 1. Scimmæ  
acerbū. Obij  
cit illi quod  
natus sit in-  
certo patre,  
significas eti  
elle spurium.  
 fortuna non dedit, ut patre certo nascerere, ex  
 quo intelligere posses, qui animus patrius in li-  
 beros esset: at natura certè dedit, ut humanitatis  
 non parum habereres. Eò accessit studium doctrinæ,  
 ut ne à literis quidem alienus esses. Ecquid tandem,  
 tibi videtur (ut ad fabulas veniamus) senex ille Cæ-  
 cilianus minoris facere Eutychum filium rusticum,  
 quam illum alterum Cherestratū: (nam, ut opinor,  
 hoc nomine est) alterū in urbe secum honoris causa  
 habere: alterum rus supplicij causa relegasse? Quid  
 ad istas ineptias abis, inquies? quasi vero mihi diffi-  
 cile sit quāuis multos nominatim proferre (ne lon-  
 gius abea) vel tribuleis, vel vicinos meos, qui suos li-  
 beros, quos plurimi faciūt, agricolas assidue esse cu-

piunt. Verum homines notos sumere odiosum est,  
 cum & illud incertum sit; velint ne hi sese nomina-  
 ri: & nemo vobis magis notus futurus sit, quam est  
 hic Eutychus: & certe ad rem nihil intersit, utrum  
 hunc ego comicum adolescentem, an aliquem ex agro  
 Veiente nominem. Etenim haec conficta arbitror a  
 poetis esse, ut effectos nostros mores in alienis per-  
 sonis, expressamq; imaginem nostram vita quoti-  
 dianae videremus. Age nunc, refer animum, sis ad  
 veritatem, & considera non modo in Umbria, atq;  
 in ea vicinitate, sed in his veteribus municipijs, que  
 studia a patribus familiis maxime laudentur: iam  
 profecto te intelliges inopia criminum summam  
 laudem Sex. Roscio vitio, & culpae dedisse. At non  
 modo hoc patrum voluntate liberi faciunt: sed per  
 multos & ego noui, & (nisi me fallit animus)  
 unusquisque vestrum, qui & ipsi incensi sunt stu-  
 dio, quod ad agrum colendum attinet, vitamq; hac  
 rusticam, quam tu probro & criminis putas esse  
 obortere, & honestissimam & suauissimam esse ar-  
 bitrantur. Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium,  
 quo studio, & qua intelligentia esse in rusticis re-  
 bus: ut ex his propinquis eius hominibus honestis-  
 simis audio, non tu in isto artificio accusatorio  
 callidior es, quam hic in suo. Verum, ut opinor, quo  
 niam ita Chrysogono videtur, qui huic nullum præ-  
 lium reliquit, & artificium obliuiscatur, & studiu-  
 m deponat, licebit, quod tametsi miserum, & indignum  
 est,

I παθη  
 & affectus o-  
 biter aspersi.  
 Suspendit  
 etiam eū na-  
 so, non satis  
 excultum li-  
 teris esse.

est, feret tamen æquo animo Iudices, si per vos vi-  
tam, & famam potest obtainere. hoc verò est, quod  
ferri non potest, si & in hanc calamitatem venit  
propter prædiorum bonitatem & multitudinem:  
& quod ea studiose coluit, id erit ei maximè frau-  
di: ut parum miseriae sit, quod alijs coluit, non sibi,  
nisi etiam, quod omnino coluit, criminis fuerit. <sup>1</sup> Næ  
tu Eruci accusator essem ridiculus, si illis temporis-  
bus natus essem, cum ab aratro arcessebantur, qui  
Consules fierent. Etenim, qui præesse agro colendo  
flagitium putes, profectò illum Attilium, quem sua  
manu spargentem semen, qui missi erant, conuene-  
runt, hominem turpisimum, atq; dishonestissimum  
iudicares. At hercule maiores nostri longè aliter  
& de illo, & de cæteris talibus viris existimabant,  
Itaque ex minima, tenuissimaq; Rep. maximam, &  
florentissimam nobis reliquerunt. Suos enim agros  
studiose colebant, non alienos cupide appetebant:  
quibus rebus, & agris, & urbibus, & nationibus,  
Remp. atque hoc imperium, & Po. Ro. nomen au-  
xerunt. Neq; ego hæc eò profero, quò conferenda  
sint cum hisce, de quibus nunc querimus: sed ut il-  
lud intelligatur, cum apud maiores nostros summi  
viri, clariissimiq; homines, qui omni tempore ad gù  
bernacula Reip. sedere debebant, tamen in agris  
quoq; colendis aliquantū operæ, temporisq; cōsum  
pserint; ignosci oportere ei homini, qui se fateatur  
esse rusticum, cum ruri assiduus semper vixerit: cū

<sup>1</sup> Profert gra-  
uiora exēpla  
cum aduersa-  
rii reprehen-  
sione.

presertim nihil esset, quod aut patri gratius, aut  
 sibi iucundius, aut re vera honestius facere posset.<sup>1</sup>  
 Secundum argumentum Eruci quod voluerit eū  
 exhibēdare. Odiū igitur acerrimū patris in filiū ex hoc opinor  
 ostenditur Eruci, quod hunc ruri esse patiebatur:  
 nunquid est aliud: imò verò, inquit, est. nam istum  
 exhibēdare in animo habebat. Audio: nunc dicas ali  
 quid, quod ad rem pertineat. nam illa, opinor, tu  
 quoq; concedis leuia esse, atque inepta. conuiua cū  
 patre non inibat: quippe qui ne in oppidum quidē,  
 nisi perrarò, veniret. domum suam istum non ferè  
 quisquam vocabat: nec mirum, quem neque in urbe  
 viseret, neque rure vocatus esset. Verum hæc  
 quoque tu intelligis esse nugatoria. Illud quod coe  
 pimus, videamus, quo certius argumentum odij re=periri nullo modo potest. Exhibēdare pater filium  
 cogitabat. Mitto querere, qua de causa: quero, qui  
 scias. tametsi te dicere, atque enumerare causas om  
 neis oportebat: et id erat certi accusatoris officiū,  
 qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia,  
 atque peccata filij, quibus incensus parens potuerit  
 animum inducere, ut naturam ipsam vinceret, <sup>2</sup> ut  
 amorem illum penitus insitum ejiceret ex animo, ut  
 denique patrē esse se obliuisceretur. quæ sine ma  
 gnis huiusce peccatis accidere potuisse non arbi  
 tror. Verum concedo tibi, ut ea prætereas, quæ <sup>3</sup>  
 non probas, cum taces, nulla esse concedis. illum quidem, voluis  
 significas à te esse confi se exhibēdare, certè tu planū facere debes. quid er  
 go affers, quare id factū putemus? vere nihil potes  
 dicere.

<sup>2</sup> Amplifica  
cio exhibeda  
tionis.

<sup>3</sup> Idest, eum  
non probas,  
significas à  
te esse confi  
cta.

dicere. finge aliquid saltem commode: ut ne plane  
 videaris id facere, quod aperte facis, huius miseri  
 fortunis, & horum virorum talium dignitati illu-  
 dere. Exhæredare filium voluit. quam ob causam?  
 nescio. exhæredauitne? non. quis prohibuit? cogita-  
 bat. cogitabat? cui dixit? nemini. Quid est aliud, iudi-  
 cio, ac legibus, ac maiestate vestra abuti ad quæ-  
 stum, atque ad libidinem, nisi hoc modo accusare,  
 atque id obijcere, quod planum facere non modo  
 nō possis, verūm ne coneris quidem?<sup>1</sup> Nemo nostrū  
 est Eruci, quin sciat tibi inimicitias cum Sex. Ro-  
 scio nullas esse: vident omnes, qua de causa huic ini-  
 micus venias: sciunt huiuscē pecunia te adductum  
 esse. Quid ergo est? ita tamen quæstus te cupidum  
 esse oportebat, ut horum existimationem, & legem  
 † Memmiam putares aliquid valere oportere. Ac= † Rhem-  
 cusatores multos esse in ciuitate utile est, vt metu miam,  
 contineatur audacia: veruntamen, hoc ita est utile,  
 vt ne plane illudamur ab accusatoribus. Innocens  
 est quispiā: verūtamen quāquā abest à culpa, suspi-  
 cione tamen nō caret: tamet si miserū est, tamen ei;  
 qui hūc accuset, possim aliquo modo ignoscere. cūm  
 enim aliquid habeat, quod possit oriminose, ac su-  
 spiciose dicere, aperte ludificari, & calumniari  
 sciens non videatur. Quare facile omnes patimur,  
 esse quā plurimos accusatores, quōd innocēs si accu-  
 satus sit, absolvi potest: nocēs, nisi accusatus fuerit,  
 condēnari non potest. Vtilius est autē absolvi inno-

1 Incipit ac-  
 culare Eru-  
 cium: ergo  
 accepisti pe-  
 cuniām ut in  
 iustē accuses.

1 Mira similitudo. centem, quam nocentem causam non dicere. 2 Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significant si fures venerint. at fur res internoscere non possunt: significant tamen, si qui noctu in Capitolum venerint: & quia id est suspiciosum, tametsi bestiae sunt, tamen in eam partē potius peccant, quæ est cautior. Quod si luce quoq; canes latrent, cum deos salutatum aliqui venerint: opinor, ijs crura suffringantur, quod acres sint etiam tum, cum suspicio nulla sit. Simillima est accusatorum ratio. Alij vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt: alijs canes, qui & latrare, & mordere possunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur. hoc populo gratissimum est. deinde, si voletis, etiam tum, cum verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latrato te. id quoque concedi potest. Sin autem sic agatis, ut arguatis aliquem patrem occidisse, neque dicere possitis aut quare, aut quomodo, ac tantummodo sine suspicione latrabitis: crura quidem vobis nemo suffringet: sed si ego 2 hos bene nudi, 3 literam illam, cui vos usque eò inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras, accusare possitis. Quid mihi ad defendendum dedisti bone accusator? quid hisce autem ad suspcionem? Ne exhaeredaretur veritus est. audio. sed qua de causa

2 Se licet iudicemus.

3 Id est nigrum.

causa veneri debuerit, nemo dicit. Habebat pater  
in animo: planum fac. nihil est: <sup>1</sup> non, quicum delibe-  
rari, quem certiores fecerit, vnde istud vobis su-<sup>1</sup> Repetitio  
spicari in mentem venerit. cum hoc modo accusas  
Eruci, <sup>2</sup> nonne hoc palam dicis? ego quid accep-  
rim, scio: quid dicam, nescio. unum illud spectaui,  
quod Chrysogonus aiebat, neminem isti patronum  
futurum: de bonorum emptione, deq; ea societate  
neminem esse, qui verbum facere hoc tempore au-  
deret. hæc te opinio falsa in istam fraudem impulit.  
non mehercule verbum fecisses, si tibi quenquam re-  
 sponsorum putasses. <sup>3</sup> Operæ pretium erat si ani-  
maduertistis, iudices, negligentiam eius in accusan-  
do considerare. Credo cum vidisset, qui homines in  
hisco subsellijs sederent, quæsisse, num ille; aut ille  
defensurus esset: de me ne suspicatum quidē, quod  
antea causam publicam nullam dixerim. posteaquā  
inuenit neminem eorum, qui possunt, & solent, ita  
negligens esse coepit, ut cum in mentem veniret ei,  
resideret, deinde spatiaretur, nonnunquam etiam  
puerum vocaret, credo cui coenam imperaret: pror-  
sus ut vestro confessu, & hoc conuentu pro sum-  
ma solitudine abuteretur. Perorauit aliquando, as-  
sedit: surrexi ego: respirare visus est, quod nō aliis  
potius diceret. cœpi dicere. usq; eo animaduerti iu-  
dices eum iocari, <sup>4</sup> atque alias res agere, antequam  
Chrysogonus nominaui: quem simul atque attigi,  
statim homo se erexit: mirari visus est. intelleksi

<sup>2</sup> Pergit cete  
ra commemo  
rare, que per  
pulerint ad  
accusationē:  
& est expoli-  
tio consilij.

<sup>3</sup> Gestus sig-  
no.

<sup>4</sup> id est, iude  
re. Describit  
gestus & ne-  
gligentia ab  
eo omnia di-  
cta. Quintilia  
nus valde ad  
miratur huc  
locum.

quid eum pupugisset. iterum, ac tertio nominauit. po-  
 stea homines cursare ultro, & citro non destite-  
 runt, credo qui Chrysogono nuntiarent, esse aliquē  
 in ciuitate, qui contra voluntatem eius dicere aude-  
 ret: aliter causam agi, atque ille existimaret, aperi-  
 ri bonorum emptionem, vexari pessimè societatē,  
 gratiam, potentiamq; eius negligi, Iudices diligēter  
 attendere, populo rem indignam videri. Quæ quo-  
 niam te fefellerunt Eruci, quoniamq; vides versa-  
 tے omnia: causam pro Sex. Rofcio si non commo-  
 dè, at libere dici: quem dedi putabas, defendi intelli-  
 gis: quos tradituros sperabas, vides iudicare: resti-  
 tue nobis aliquando veterem tuam illam callidita-  
 tem, atque prudentiam: confitere huc ea spe venisse  
 quod putares hic latrocinium, non iudicium futu-  
 rum. <sup>1</sup> De parricidio causa dicitur: ratio ab accusa-  
 tore redditā non est, quā ob causam patrē filius oc-  
 ciderit. Quod in minimis noxis, & in his leuioribus  
 peccatis, quæ magis crebra, & iam propè quotidie-  
 na sunt, id maximè & primum queritur, quæ cau-  
 sa maleficij fuerit: id Erucius in parricidio queri  
 non putat oportere. <sup>2</sup> in quo scelere Iudices, etiam  
 cū multæ cause conuenisse vñū in locū, atq; inter-  
 se congruere videntur: tamen non temere creditur,  
 neq; leui conjectura res penditur, neque testis incer-  
 tus auditur, neq; accusatoriſ ingenio res iudicatur,  
 cū multa anteā commissa maleficia, tū vita homi-  
 ni perditissima, tū singularis audacia ostendatur ne-  
 cessē

Epilogus  
 confutatio-  
 nis qui con-  
 stat amplifi-  
 catione cri-  
 minis. Con-  
 stat autē hic  
 epilogus qua-  
 tuor locis: ra-  
 tione, exem-  
 plo, fabulis &  
 legumlatorū  
 sententijs. Om-  
 nino dignus  
 est locus quæ  
 ediscamus,  
 quod in eo  
 perspicua &  
 clara copia  
 sit, quique co-  
 piz exemplū  
 esse debeat.  
<sup>2</sup> Ethodie iu-  
 ris consultus  
 dicit, proba-  
 tiones in ca-  
 pitali crimi-  
 ne debere lu-  
 ce meridiana  
 clariores es-  
 se.

esse est: neq; audacia solū, sed summus furor atq;  
 amentia. hæc cū sint omnia, tamen extent oportet  
 expressa sceleris vestigia; ubi, qua ratione, per quos  
 quo tempore maleficium sit admissum. que nisi mul-  
 ta & manifesta sunt, profectò res tam scelestas, tā  
 atrox, tā nefaria credi non potest. Ratio epilo-  
gi. diligimā  
studī s. ob-  
ligatiq; b. sup-  
-vislhos. mrv.  
-mio  
 vis humanitatis: multum valet communio sanguini-  
 sis: reclamit at istiusmodi suspicionibus ipsa natu-  
 ra: portentum atq; monstrum certissimum est, esse  
 aliquē humana specie & figura, qui tantum imma-  
 nitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suauissi-  
 man lucem aspicerit, eos indignissimè luce priua-  
 rit: cum etiam feras inter se partus, atque educa-  
 tio, & natura ipsa conciliet. Non ita multis antè  
 annis aiunt T. Clœlium quendam Terracinensem  
 hominem non obscurum, cū cœnatus cubitum in  
 idē conclave cū duobus adolescentibus filijs iſset, in  
 uentum esse mane iugulatum. cum neq; seruus quis-  
 quam reperiretur, neq; liber ad quem ea suspicio  
 pertineret: id ætatis autē duo filij propter cubantes  
 ne sensisse quidē se dicerent: nomina filiorū de parri-  
 cido delata sunt. Quid postea: erat sanè suspicio-  
 sum. Neutrū sensisse: ausum autē esse quenquam se  
 in id conclave committere, eo potissimum tempore,  
 cū ibidem essent duo adolescentes filijs qui ex sen-  
 tire, & defendere facile possent: erat porrò nemo in  
 quē ea suspicio conueniret: tamen cū planū iudici-  
 bus esset factum aperto ostio dormientes eos reper-  
 tos

tos esse, iudicio absoluti adolescentes, et suspicione  
 omni liberati sunt. Nemo enim putabat quenquam  
 esse, qui cum omnia diuina atque humana iura scle-  
 re nefario polluisset, somnum statim capere potui-  
 set: propterea quod qui tantum facinus commis-  
 erunt, non modò sine cura quiescere, sed ne spirare  
 elige sita. 11  
 Amplifica-  
 tio à fabula  
 qua depingit  
 vim conser-  
 tiz.

quidem sine metu possunt. Videtisne, quos nobis  
 poetæ tradiderunt patris ulciscendi causa suppli-  
 cium de matre sumpsisse, cum præsertim deorum  
 immortalium iussis atque oraculis id fecisse dicantur:  
 tamen ut eos agitent furiae, neque consistere  
 usquam patientur: quod ne pijs quidem sine scelere  
 esse potuerunt. Sic se res habet iudices: magnam  
 vim, magnam necessitatem, magnam possidet reli-  
 gionem paternus maternusq; sanguis: ex quo si qua  
 macula concepta est, non modò elui non potest, ve-  
 rum usque eò permanat ad animum, ut summus fu-  
 ror atque amentia consequatur. Nolite enim putare,  
 quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis,  
 eos qui aliquid impiè, scelerateq; commiserint, agi-  
 tari, et perterriti furiarum tedis ardentibus: sua  
 quemque fraus et suus terror maxime vexat: suū  
 quenque scelus agitat, amentiaq; afficit: sue mala  
 cogitationes conscientiaeq; animi terrent. Hæ sunt  
 impijs assidue, domesticæq; furiae, que dies, noctes=  
 q; parentum poenas à consceleratissimis filijs re-  
 petant. Hæc magnitudo maleficij facit, ut nisi  
 penè manifestum parricidium proferatur, credibi-

le non sit, nisi turpis adolescentia, nisi omnibus fla-  
gitijs vita inquinata, nisi sumptus effusi cum pro-  
bro atque dedecore, nisi prorupta audacia, nisi tan-  
ta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania.  
Accedat hoc oportet odium parentis, animaduersio  
nis paternæ metus, amici improbi, serui consciij, tem-  
pus idoneum, locus opportunè captus ad eam rem:  
penè dicam, respersas manus sanguine paterno Iu-  
dices videant oportet, si tantum facinus, tam imma-  
nè, tam acerbum, credituri sunt. Quare hoc quò mi-  
nus est credibile, nisi ostenditur, eò magis est, si con-  
uincitur, vindicandum. <sup>A sententijs</sup> Itaque cum multis ex re= <sup>legumlatorū</sup>  
bus intelligi potest, maiores nostros non modo ar-  
mis plus quam cæteras nationes, verum etiam con-  
silio, sapientiaq; potuisse: tum ex hac re vel maxi-  
mè, quod in impios singulare supplicium inuene-  
runt. <sup>iusitraq; &</sup> Qua in re quantum prudentia præstiterint  
ijs, qui apud cæteros sapientissimi fuisse dicuntur,  
considerate. Prudentissima ciuitas Atheniensium,  
dum ea rerum potita est, fuisse traditur eius porrò  
ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse,  
cum, qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, scri-  
pserit. Is cum interrogaretur, cur nullum suppli-  
cium constituisset in eum, qui parentem necasset, re-  
spondit se id neminem facturum putasse. Sapienter  
fecisse dicitur, cùm de eo nihil sanxerit, quod antea  
commissum non erat, ne non tam prohibere, quam  
admonere videretur. Quāto maiores nostri sapien-  
tius?

tius? qui cūm intelligerent, nihil esse tam sanctum quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitauerunt: ut quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, iij magnitudine poenae maleficio summouerentur? insui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deiici.

**Amplificatio supplicij.** O singularem sapientiam iudices! nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse, cui repente cœlum, solem, aquam, terram quæ ademerunt: ut qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia na-

**Declamatio ta esse dicuntur?** Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestijs quoq; quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur: non sic nudos in flumen deiicere, ne cūm delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera quæ violata sunt, expiari putan-

**Repetitur propositio su** tur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, pra instituta. cuius partem ullam reliquerint. Etenim quid tam Vtitur trib<sup>o</sup> locis. Primo est commune, quām spiritus viuis? terra mortuis? à circunstan mare fluctuantibus? litus electis? Ita viuunt dum tia, quo modo possunt, ut ducere animam de cœlo non queant: ita sus, aut à ser moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iauis, aut ab alijs &c. Secundū do à fortuna stremo ejciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conseruorū. Ter quiescant. Tanti maleficij crimen, cui maleficio à probabiliti, scilicet à tā insigne suppliciū est cōstitutū, probare te Eruci spe cōmodi, censes posse talibus viris, si ne causam quidē malefi vel metu in commodi. cij protuleris? Si hunc apud bonorū emptores ipsos accusares,

accusares, eiq; iudicio Chrysogonus præset: tamen  
diligentius, paratusq; venisses. Vtrū quid agatur,  
non vides: an apud quos agatur? Agitur de parrici-  
dio: quod sine multis causis suscipi non potest. Apud  
homines autem prudentissimos agitur: qui intelli-  
gunt neminem ne minimum quidem maleficium si-  
ne causa admittere. Esto, causam proferre non po-  
test. tametsi statim vicisse debeo, tamen de meo iure  
decedam: ex tibi, quod in alia causa non concederē,  
in hac concedam, fretus huius innocentia. Non que-  
ro abs te, quare patrem Sex. Roscius occiderit: que-  
ro, quomodo occiderit. Ita quero abs te C. Eruci  
quomodo, ex sic tecum agam, ut in eo loco vel re-  
spondendi, vel interpellandi tibi potestatem faciam  
vel etiam, si quid voles, interrogādi. Quomodo occi-  
cidit? ipse percussit, an alijs occidendum dedit? Si  
ipsum arguis, Romæ non fuit: si per alios fecisse di-  
cis, quero, seruosne, an liberos? quos homines: indi-  
démne Ameria, an hosce ex urbe sicarios? Si Ame-  
ria, qui sunt hi: cur non nominātur? si Roma: unde  
eos nouerat Roscius, qui Romā multis annis nō ve-  
nit, neq; unquam plus triduo fuit: ubi eos cōuenit? qui  
cū locutus est? quomodo persuasit? pretiū dedit? cui  
dedit? per quē dedit? unde, aut quantū dedit? nonne  
his vestigijs ad caput maleficij perueniri solet? Et si  
mult tibi in mentē veniat facito, quemadmodū vitā  
huiusce depinxeris: <sup>i</sup> hunc hominē ferū, atq; agre-  
stem fuisse: nūquā cū homine quoquam collocutū  
esse:

<sup>i</sup> Pugnantia.

**s** scilicet **A-** esse: nunquam in oppido constitisse. Quia in re prætereo illud, quod mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in vietu arido, in hac horrida incultaq; vita istiusmodi

**2** Egregia similitudo ex locis communibus. maleficia gigni non solere. **2** ut non omnem frugē, neq; arborem in omni agro reperire possis: sic non omne facinus in omni vita nascitur. In urbe luxuriae cretur: ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia: inde omnia scelerā, ac maleficia gignuntur. Vita autem hæc rustica,

**3** Redit adcir cunctantiam quomodo, & est fiducia. quam tu agrestem vocas parsimonię, diligentię, iustitię magistra est. Verum hæc missa facio. **3** Illud quero: is homo, qui, ut tute dicis, nunquam inter homines fuerit, per quos homines hoc tantum facinus, tam occultum, absens præsertim, confiscere potuerit? Multa sunt falsa iudices, que tamen argui suspiciose possunt: in his rebus, si suspicio reperta erit culpam inesse concedam. Romæ Sex. Roscius occiditur, cum in agro Amerino esset filius. literas credo misit alicui sicario, qui Romæ nouerat neminem. arcessiuit aliquem. at quando nuntium misit. quem? aut ad quem? pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem: nihil horum ne configi quidem potest: Et tamen causa de parricidio dicitur. Reliquum est, **4** ut per seruos id admiserit. O dij immortales remiseram, & calamitosam, quod in tali criminē innocentis saluti solet esse, ut seruos in quæstionem pollicetur, id Sex. Roscio facere non licet: vos

**4** De servis torquendis secundus locus.

qui

qui hunc accusatis, omnes eius seruos habetis: unus  
 puer iustus quotidiani minister ex tanta familia  
 Sex. Roscio relictus non est. Te nūc appello <sup>1</sup> P. Sci <sup>i</sup> Illi erant  
 pio, te Metelle: vobis aduocatis, vobis agentibus, ali  
 quoties duos seruos paternos in questionem ab ad-  
 uersarijs Sex. Roscius postulauit. Meministisne T.  
 Roscium recusare? quid iij serui ubi sunt? Chrysogo-  
 num Iudices, sectantur: apud eum sunt in honore, et  
 in pretio: etiam nunc ut ex his queratur, ego postu-  
 lo, hic orat atque obsecrat. quid facitis? cur recusa-  
 tis? Dubitate etiam nunc Iudices, si potestis, à quo  
 sit Sex. Roscius occisus: ab eone, qui propter illius  
 mortem, in egestate & insidijs versatur, cui ne que-  
 rendi quidem de morte patris potestas permititur,  
 an ab ijs, qui questionem fugitant, bona possident,  
 in cæde atque ex cæde viuunt? Omnia iudices in  
 hac causa sunt misera atque indignata: amen hoc ni-  
 hil neque acerbius, neque iniquius proferri potest.  
 mortis paternæ de seruis paternis questionem ha-  
 bere filio non licet: ne tandem quidem dominus erit  
 in suos, dum ex ijs de patris morte queratur. Ve-  
 niam, neque ita multo post, ad hunc locum: nam  
 hoc totum ad Roscios pertinet: de quorum auda-  
 cia tum me dicturum pollicitus sum, cum Eruci  
 crimina diluissem. Nunc Eruci ad te venio: conue-  
 nit mihi tecum necesse est, si ad hunc maleficium  
 istud pertinet, aut ipsum sua manu fecisse, id quod  
 negas: aut per aliquos liberos, aut seruos liberos ne?

quos neque ut conuenire potuerit, neque qua ratio-  
ne inducere, neque ubi, neque per quos, neque qua-  
spe, aut quo pretio, potes ostendere. Ego contrà  
ostendo, non modò nihil eorum fecisse Sex. Rosciū,  
sed ne potuisse quidem facere: quod neque Romæ  
multis annis fuerit, neque de prædijs unquam teme-  
re discesserit. Restare tibi videbatur seruorum no-  
men, quo quasi in portum reiectus à cæteris suspi-

<sup>1</sup> Quia serui  
sunt apud  
Chrysogo-  
num, is est  
scopus & seru  
pulus in hac  
<sup>2</sup> Alia suspi-  
ciuncula.

cionibus, configere posses: ubi scopulum offendis  
eiusmodi, ut non modò ab hoc crimen resilire vi-  
deas, verùm omnem suspicionem in vosmetipsoſ re-  
cidere intelligas. Quid est ergo, quò tandem accu-  
ſator inopia argumentorum configerit? <sup>3</sup> eiusmo-

di tempus erat, inquit, vt homines vulgò impunè  
occiderentur. quare tu hoc propter multitudinem  
ſicariorum, nullo negocio facere potuisti. <sup>3</sup> Inte-  
rim mihi videris Eruci una mercede duas res af-  
ſqui velle: nos iudicio perfundere: accusare autem  
eos ipſos, à quibus mercedem accepisti. Quid ait  
vulgo occidebantur: per quos? & à quibus? nonne  
cogitas, te à sectoribus huc adductum esse: quid po-

<sup>4</sup> αμφιβολία.

Ludit elegan-  
ter in ambi-  
guitate no-  
minis.

stea: nescimus per ista tempora <sup>4</sup> eosdem ferè ſe-  
ctores fuisse collorum, & honorum? Ii denique,  
qui tum armati dies noctesq; concursabant, qui  
Romæ erant aſſidui, qui omni tempore in præda  
& sanguine versabantur, Sexto Roscio temporis  
illius acerbitatē, iniuriamq; obijcent? & il-  
lam ſicariorum multitudinem, in qua ipſi duces

ac principes erant, huic criminis putabunt fore? qui non modo Romæ non fuit, sed omnino quid Romæ ageretur, nesciret, propterea quod ruri assiduus, quemadmodum tute confiteris, fuit. <sup>solidator</sup> Vereor, ne <sup>Brevis ep</sup> aut molestus sim vobis Iudices, aut ne ingenij <sup>logus.</sup>

stris videar diffidere, si de tam perspicuis rebus diutius disseram. Erucijs criminatio tota, ut arbitror, dissoluta est: nisi forte expectatis, ut illa diluam, quæ de peculatu, ac de eiusmodi rebus commentitijs, inaudita nobis ante hoc tempus, ac noua, obiecit. quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur: ita neque ad crimen parricidijs, neque ad eum qui causam dicit, pertinebant. de quibus quoniam verbo arguit, verbo satis est negare. Si quid est, quod ad testes reseruet: ibi nos quoq; ut in ipsa causa paratiiores repierit, quam putabat. <sup>2</sup> Venio nunc eò, quò me non cupiditas ducit, sed fides. Nam si mihi libéret accusare, accusarem alios potius, ex quibus possem crescere: quod certū est non facere, dum utrūvis licebit, Is enim mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodeum & calamitatem. Desinamus aliquando ea scrutari, quæ sunt inania: quaeramus ubi maleficium, & est, & inueniri potest: iam intelleges Eruci certū crimē quam multis suspicionibus coarguatur. tametsi neq; omnia dicam, & leuiter vñquodq; tangam; neq; enim id facerē, nisi necesse

<sup>2</sup> Transficio suspicionis per argumentum probabilem: & est planè confirmationis propositionis. Translat huc locum syllogismo. Maiorem, scilicet verisimile est eum occidisse ad quem maxima commoda redierunt.

esset. Et id erit signi, me inuitum facere, quod non  
prosequar longius, quam salus huius, & mea fides

<sup>1</sup> Probabile. postulabit: <sup>1</sup> Causam tu nullam reperiebas in Sex.  
Roscio. At ego in T. Roscio reperio. tecum enim  
mibi res est T. Rosci, quoniam istic sedes, ac te palam  
aduersarium esse profiteris. De Capitone post vide-  
nimus, si quem admodum paratum esse audio, testis  
prodierit: tum alias quoque suas palmas cognoscet,  
<sup>2</sup> Maior in de quibus me ne audisse quidem suspicatur. <sup>2</sup> L. Cas-  
e: pit. sius ille, quem po. Ro. verissimum & sapientissimum  
iudicem putabat, identidem in causis querere sole-  
bat. cui bono fuisset. <sup>3</sup> Sic vita hominum est, ut ad

<sup>3</sup> auctio do- maleficium nemo conetur sine spe, atque emolu-  
mento accedere. Hunc questorem, ac iudicem fu-  
giebant, atque horreabant ij, quibus periculum crea-  
batur: ideo quod tametsi veritatis erat amicus, ta-  
men natura non tam propensus ad misericordiam,

<sup>4</sup> xabos. quam implicatus ad severitatem videbatur. Ego  
quanquam praest huic questioni vir & contra au-  
daciā fortissimus, & ab innocentia clementissi-  
mus: tamen facile me paterer vel illo ipso acerrimo  
iudice querente, vel apud Cassianos iudices, quo-  
rum etiam nunc ij quibus causa dicenda est, no-  
men ipsum reformidant, pro Sex. Roscio dice-

<sup>5</sup> Minor syl logismi. In hac enim causa cum viderent illos amplissi-  
mam pecuniam possidere, hunc summa mendicitate  
esse, illud quidem non quererent, cui bono fuisset:  
sed eò perspicuum crimen, & suspicionem potius

ad prædam adiungerent, quām ad egestatem. Quid si accedit eōdem, ut tenuis anteā fueris? quid si ut auarus; quid si ut audax? quid si ut illius, qui occi-  
sus est, inimicissimus num querenda causa, que te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo horum negari potest? Tenuitas hominis eiusmodi est, ut diſimulari non queat; atque eō magis eluceat, quō magis occultatur. Avaritiam præfers, qui societa-  
tem coieris de municipis, cognatiq; fortunis cum alienissimo. Quām sis audax (ut alia obliuiscar) hinc omnes intelligere potuerunt, quod ex tota so-  
cietate, hoc est, ex tot sicarijs, solus tu inuentus es,  
qui cum accusatoribus sederes, atque os tuum non modò ostenderes, sed etiam offerres. Inimicitias ti-  
bi fuisse cum Sex. Roscio, ex magnas rei familia-  
ris controuersias, concedas necesse est.<sup>1</sup> Restat iu-  
dices, ut hoc dubitemus, r̄ter potius Sex. Roscium occiderit: is ad quem morte eius diuitiae venerint: an is, ad quem mendicatis: is, qui anteā tenuis fue-  
rit an is, qui postea factus sit egentissimus: is, qui ardens avaritia feratur infestus in suos, an is, qui semper ita vixerit, ut quæstum nosset nullum, fru-  
ctum autem eum solum, quem labore peperisset: is, qui omnium sectorum audacissimus fit, an is, qui propter fori iudiciorūq; insolentiam, non modò subsellia, verū etiam urbem ipsam refor-  
midat: postremo Iudices, id quod ad rem mea sentē-  
tia maxime pertinet, utrum inimicus potius, an

<sup>1</sup> Conclusio  
syllogismi,  
& est repeti-  
tio argumen-  
ti, & collatio  
in conclusio-  
ne.

I Insectatio  
Erucij. Lredit  
hic eius exi-  
stimationem  
atrocissimis  
criminibus.

filius. Hæc tu Eruci tot & tanta si nactus essem in  
reo, quandiu diceres: quo te modo iactares? tempus  
hercule te citius, quam oratio deficeret. Etenim in  
singulis rebus eiusmodi materies est, ut dies singu-  
los possis consumere. Neque ego non possum: non  
enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, ut  
te copiosius quam me putem posse dicere: verū ego  
forsitan propter multitudinem patronorū in gre-  
ge annumerer: te pugna Cannensis accusatorem sat  
bonum facit. Multos cæsos non ad Thrasimenum  
lacum, sed ad Seruiliū vidimus. quis ibi non est  
vulneratus ferro Phrygio? non necesse est omneis  
commemorare, Curtios, Marios, denique Mamercos,  
quos iam ætas à prælijs auocabat: postremò  
Priamum ipsum, senem Antistium: quem non modò  
ætas, sed etiam leges pugnare prohibebat. Iam, quos  
nemo propter ignobilitatē nominat, sexcenti sunt,  
qui inter sicarios & de veneficijs accusabant. qui  
omnes (quod ad me attinet) vellem viuerent. Nihil  
enim mali est, canes ibi quam plurimos esse, ubi per  
multi obseruandi, multaq; seruanda sunt. Verūm,  
ut fit, multa sæpe imprudētibus Imperatoribus vis  
belli, ac turba molitur. dum is in alijs rebus erat oc-  
cupatus, qui summam rerum administrabat, erant  
interea qui suis vulneribus mederentur: qui tanquā  
si offusa Reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in  
tenebris, omniaq; miscebāt. à quibus miror, ne quod  
iudiciorum esset vestigium, non subsellia quoq; esse  
combusta,

combusta. nam & accusatores, & iudices sustulerunt. Hoc commodi est, quod ita vixerunt, ut testes omnes, si cuperent, interficere non possent. nam dum hominum genus erit, qui accuset eos, non deerit: dum ciuitas erit, iudicia sicut. Verum, ut coepi dicere, & Erucius haec si haberet in causa, quae commemorauit, posset ea quamvis diu dicere: & ego iudices possum: sed in animo est ( quemadmodum ante dixi) leuiter transire, ac tantummodo perstringere unamquamque rem: ut omnes intelligant, me non studio accusare, sed officio defendere. Video igitur causas esse permultas, quae istum impellerent. videamus nunc ecqua facultas suscipiendi maleficij fuerit. ubi occisus est Sex. Roscius? Romæ. Quid tu Rosci, ubi tunc eras? Romæ. verum quid ad rem? & alij multi. quasi nunc id agatur, quis ex tanta multitudine occiderit: ac non hoc queratur, cum qui Romæ sit occisus, utrum verisimilius sit ab eo esse occisum, qui assiduus eo tempore Romæ fuerit: an ab eo, qui multis annis Romam omnino non accesserit. Agè nunc, cæteras facultates quoque considere mus. erat tum multitudo sicariorum, id quod commemorauit Erucius: & homines impunè occidebantur. quid ea multitudo quæ erat: opinor, aut eorum qui in bonis erant occupati, aut eorum qui ab ijs conducebantur, ut aliquem occiderent. Si eos putas, qui alienum appetebant, tu es in eo numero, qui nostra pecunia diues es: sin eos, quos, qui

*redit ad  
institutū. Su-  
pra volunta-  
tem & impul-  
sionē tracta-  
uit: iam facul-  
tas sequitur.*

leuiore nomine appellant, percussores vocat: quae  
re in cūis fide sint, & clientela. mihi credē, ali-  
quem de societate tua reperies. & quicquid tu con-  
trā dixeris, id cum defensione nostra contendito:  
it, a facillimè causa Sex. Roscij cum tua conferetur.  
Dices, Quid postea, si Romæ assiduus fui? respon-  
debo, At ego omnino non fui. Fateor me sectorem  
esse: verum & alij multi. at ego (ut tute arguis)  
agricola, & rusticus. Non continuò, si me in gre-  
gem sicariorum contuli, sum sicarius. at ego profe-  
cto, qui ne noui quidem quenquam sicarium, longè  
absum ab eiusmodi criminis. Per multa sunt, que di-  
ci possunt, quare intelligatur suminam tibi faculta-  
tem fuisse maleficij suscipiendi: que non modò idcir-  
co prætereo, quod te ipsum non libenter accuso: ve-  
rum eò magis etiam, quod si de illis cædibus velim  
commemorare, que tum factæ sunt ista eadem ra-  
tione, qua Sex. Roscius occisus est, vereor ne ad plu-

<sup>1</sup> Coniecture  
& suspicio-  
nes.

res oratio mea pertinere videatur. <sup>1</sup> Videamus nūc  
strictim, sicut cætera, que post mortem Sex. Roscij  
abs te T. Rosci facta sunt: que ita aperta & mani-  
festa sunt, ut medius fidius Iudices inuitus ea dicā.  
vereor enim cuiusquemodi es Rosci, ne ita hunc vi-  
dear voluisse seruare, ut tibi omnino non peperce-  
rim. Cum hoc vereor, & cupio tibi aliqua ex parte  
(quod salua fide possum) parcere, rursus immuto vo-  
luntatem meam: venit enim mihi in mētem oris tui.  
Te ne, cūm cæteri socij tui fugerent, ac se occulta-  
rent,

rent, ut hoc iudicium non de illorum præda, sed de  
huius maleficio fieri videretur, potissimum tibi par-  
tes istas depoposcisse, ut in iudicio versarere, & se-  
deres cum accusatore: qua in re nihil aliud assequē-  
ris, nisi ut ab omnibus mortalibus audacia tua cog-  
noscatur, & impudentia. Occiso Sex Roscio, qui  
primus Ameriam nuntiat: Mallius Glaucia, quem  
iam antea nominauit, tuus cliens, & familiaris. quid  
attinuit eum potissimum nuntiare. Quod si nullum  
iam antè consilium de morte ac de bonis eius inie-  
ras, nullamque societatem neque sceleris, neq; præ-  
mij cum homine ullo coieras, ad te minimè omnium  
pertinebat. Sua sponte Mallius nuntiat: quid quæso  
eius intererat: an cùm Ameriam nō huiusc rei cau-  
sa venisset, casu accidit, ut id quod Romæ audierat,  
primus nuntiaret: & cuius rei causa venerat Ameri-  
am: non possum, inquit, diuinare. eò rem iam addu-  
cam, ut nihil diuinatione opus sit. Qua ratione Ro-  
scio Capitoni primum nuntiavit: cùm Ameria Sex.  
Roscij domus, vxor, liberiq; essent, cùm tot propin-  
qui cognatiq; optimè conuenientes, qua ratione fa-  
ctum est, ut iste tuus cliens sceleris tui nuntius T.  
Roscio Capitoni potissimum nuntiaret: Occisus est  
à cœna rediens: nondum lucebat, cùm Ameria sci-  
tum est. quid hic incredibilis cursus: quid hæc tanta  
celeritas, festinatioq; significat: non quæro, quis  
percusserit. nihil est Glaucia quod metuas: non  
excusio te, si quid forte ferri habuisti, non scrū-

tor: nihil ad me arbitror pertinere: quoniam cuius  
 consilio occisus sit, inuenio: cuius manu sit percus-  
 sus, non labore. Vnum hoc sumo, quod mihi aper-  
 tum tuum scelus, resq; manifesta dat. ubi, aut unde  
 audiuit Glauca: qui tam citò sciuit: fac audisse sta-  
 tim. quæ res eum nocte una tantum itineris conten-  
 dere coegit: quæ necessitas eum tanta premebat: ut  
 si sua sponte iter Ameriam faceret, id tēporis Ro-  
 ma proficisceretur, nullā partem noctis requiesce-  
 ret? Etiam ne in tam perspicuis rebus argumēatio  
 querenda, aut conjectura capienda sit: nonne vobis  
 hæc, quæ audistis, cernere oculis videmini Iudices?  
 non illū miserum, ignarū casus sui, redeunte à cœ-  
 na videtis? non positas insidias? non impetū repenti-  
 nū? non versatur ante oculos vobis in cæde Glau-  
 ca: non adest iste T. Roscius? non suis manibus in-  
 curru collocat. Automedontem illum sui sceleris  
 acerbissimi, nefariæq; victoriæ nuntium? non orat,  
 vt eam noctem peruigilet: vt honoris sui causa la-  
 boret: vt Capitoni quam primū nuntiet? Quid erat,  
 quod Capitonē primum scire voluerit? nescio: nisi  
 hoc video, Capitonē in his bonis esse sociū: de tribus  
 & decem fundis tres nobilissimos fundos eum vi-  
 deo possidere. Audio præterea non hanc suspicionē  
 nunc primum in Capitonem conferri: multas esse in  
 fameis palmas, & hanc primā esse tamen Lemniscæ-  
 tam, que Romæ deferatur: nullū modū esse homi-  
 nis occidendi, quo ille non aliquot occiderit, multos

i. insignem,  
 nobilem. Lé-  
 nisci fasciæ à  
 coronis pro-  
 pendentes.

Elevat fidem  
 atque autho-  
 ritatē Capito  
 mis testis.

ferro,

ferro, multos veneno. Habeo etiam dicere, quem cōtra morem maiorū, minorem annis LX. de ponte in Tyberim deiecerit. que si prodierit, atque adeò cū prodierit (scio enim proditurum esse) audiet. veniat modò, explicet suum volumen illud, quod ei planū facere possum Erucium conscripsisse : quod aiunt illum Sex. Roscio intentasse, & minitatum esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum. ô præclarum testem Iudices! ô grauitatem dignam expectatione! ô vitam honestam, atq; eiusmodi, ut libentiis animis ad eius testimonium vestrum iuriurādū accommodetis. Profectò non tam perspicue istorū maleficia videremus, nisi ipsos cæcos redderet cupiditas, & auaritia, & audacia. Alter ex ipsa cæde volucrem nuntium Ameriam ad socium, atq; ad magistrum suum misit: ut si dissimulare omnes cuperent se scire ad quem maleficium pertineret, tamen ipse apertum suum scelus ante omnium oculos posneret. Alter (si dijs immortalibus placet) testimoniuū etiā in Sex. Roscium dicturus est. quasi verò id nunc agatur, utrum id quod dixerit, credendum: an quod fecerit, vindicandum sit: <sup>1</sup> Itaque more maiorū comparatū est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. Aphricanus, qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si sua res agetur, testimonium nō diceret. nā illud in talē virum non audeo dicere: si diceret, non crederetur. Videte,

nunc,

be signis 1  
 2, singulis  
 oborn omo  
 regne suum  
 commos 142

<sup>1</sup> Ab exēplo  
 & authorita-  
 te fidem te-  
 stium eleuat.

nunc, quam versa, & mutata in peiorum partem  
sint omnia cum de bonis & de cæde agatur, testimoniūm dicturus est is, qui & sector est, & sicarius:  
hoc est, qui & illorum ipsorum bonorum, de quibus agitur, emptor atque possessor est: & eum hominem occidendum curauit, de cuius morte queritur.  
Quid tu vir optime? ecquid habes, quod dicas? mihi ausculta. vide ne tibi desist tua quoque res per magna agitur. multa scelerate, multa audacter, multa improbe fecisti: unum stultissime, profecto tua spote, non de Erucij sententia: nihil opus fuit te isti credere. neque enim accusatore muto, neq; teste quisquam utitur eo, qui de accusatoris subsellio surgit. Huc accedit, quod paulo occultior atq; tector vestraista cupiditas esset. nunc quid est, quod quisquam ex vobis audire desideret? cum, quæ facitis, eiusmodi sint, ut ea dedit a opera à vobis contra vosmetipos facere videamini.

<sup>1</sup> Pergit ad reliqua, & quo modo bona empta sint commemorat. <sup>2</sup> Age nunc, illa videamus iudices, quæ statim consecuta sunt. ad Volaterras in castra L. Syllæ mors Sex. Roscij quatriduo, quo is occisus est, Chrysogono nuntiatur. queritur etiam nunc, quis eum nuntium miserit? nonne perspicuum est, eundem qui Ameriam? Curat Chrysogonus, ut eius bona veneant statim, qui non norat hominem aut re. at qui ei venit in mente prædia concupiscere hominis ignoti, quem omnino nunquam viderat? Solitus, cū aliquid huiuscmodi auditis iudices, cotinuò dicere, Necesse est aliquē dixisse municipē, aut vicinum.

num. iij plerunq; indicant: per eos pleriq; prodūtur.  
Hic nihil est quod suspicionem hanc putetis. non enim ego ita disputabo: verisimile est Roscios istam  
rē ad Chrysogonū detulisse: erat enim eis cū Chrysogono iā antea amicitia. Nā cū multos veteres &  
maioribus Roscijs patronos, hospitesq; haberent, omnes eos colere atque obseruare desiterunt, ac se in  
Chrysogoni fidem, & clientelā contulerunt. Hæc  
possum omnia verè dicere: sed in hac causa cōiectu-  
ra nihil opus est: ipsos certò scio nō negare, ad hæc  
bona Chrysogonū accessisse impulsu suo. Si eū, qui  
indicij partē acceperit, oculis cernetis: poteritisne  
dubitare Iudices, qui indicarit? Qui sunt igitur in  
istis bonis, quibus partem Chrysogonus dederit: duo  
Roscij. num quisquam præterea nemo est Iudices.  
num ergo dubium est, quin iij obtulerint hanc præ-  
dam Chrysogono, qui ab eo partem prædæ tule-  
runt? Age, nunc ex ipsius Chrysogoni iudicio Ro-  
sciorum factum consideremus. Si nihil in ista pugna  
Roscij, quod operæ pretium esset, fecerant, quam ob-  
causam à Chrysogono tantis præmijs donabantur?  
Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne sa-  
tis fuit his gratias agi: denique, ut per liberaliter a-  
geretur, honoris aliquid haberi: cur tria prædiat an-  
tæ pecuniae statim Capitoni dantur: cur, quæ reli-  
qua sunt, iste Roscius omnia cum Chrysogono com-  
muniter possidet? nonne perspicuum est Iudices,  
has manubias Roscijs Chrysogonū re cognita con-  
cessisse?

De legatione alia suspicio. cessisse: Venit in decem primis Legatus in castra  
 Capito: totam vitam, naturam, moresque hominis  
 ex ipsa legatione cognoscite. nisi intellecteritis Iudees,  
 nullum esse officium, nullum ius tam sanctum  
 atque integrum, quod non eius scelus atque perfidia  
 violarit, et imminuerit: virum optimum esse  
 eum iudicatoe. Impedimento est, quo minus de his  
 rebus Sylla doceatur: ceterorum Legatorum consilia,  
 et voluntatem Chrysogono enuntiat: monet, ut  
 prouideat, ne palam res agatur: ostendit, si sublata  
 sit venditio bonorum, illum pecuniam grandem a-  
 missurum, sese capitum periculum aditum: illum  
 acuere: hos qui simul erant missi, fallere: illum iden-  
 tidem monere, ut caueret: hisce insidiosè spem fal-  
 sam ostendere: cum illo contra hos inire consilia, ho-  
 rum consilia illi enuntiare: cum illo partem suam de-  
 pacisci, hisce aliqua fretus hora semper omnis adi-  
 tus ad Syllam intercludere. Postremò isto hortato-  
 re, autore, intercessore ad Syllam Legati non adie-  
 runt: istius fide, ac potius perfidia decepti, id quod  
 ex ipsis cognoscere poteritis, si accusator voluerit  
 testimonium eis denuntiare, pro recta spem fal-  
 sam domum retulerunt. In priuatis rebus si qui

rem mandatum non modò maliciosius gessisset sui  
 questus aut commodi causa, verum etiā negligen-  
 tius, cum maiores summum admisisse dedecus existi-  
 mabat. Itaq; mandati constitutū est iudicium, non mi-  
 nus turpe, quam furti, credo propterea, quod qui-  
 bus

bus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operae nostrae vicaria fides amicorum supponitur: quia qui laedit, oppugnat omnium commune praesidium: Et quantum in ipso est, disturbat vitae societatem. Non enim possumus omnia per nos agere: alius in alia est rem magis utilis. Idcirco amicitiae comparantur, ut commune commodum mutuis officijs guber netur. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es? cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officijs, et obstat: recede de medio: per alium transigamus. Suscipis onus officij, quod te putas sustinere posse: quod minimè videtur graue ijs, qui minimè ipsis le ues sunt. Ergo idcirco turpis haec culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam, et fidem. nam neque mandat quisquam ferre, nisi amico: neque credit, nisi ei, quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul et amicitiam dissoluere, et fallere cum, qui Iesus non esset, nisi credidisset. Itane est in minimis rebus, qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio condenetur necesse est: in re tanta, cum is, cui fama mortui, fortunae viui commendatae sunt atque concreditae, ignominia mortuum affecerit, is inter honestos homines atque adeò inter viuos numerabitur? In minimis, priuatisque rebus etiam negligenter in crimen mandati, iudiciumque infamiam re + iudiciumque uocatur, propterea, quod si recte fiat, illum negligenter oporteat, qui mandarit, non illum, qui mandatum.

recepe

recepérit: in re tanta, quæ publicè gesta, atque com-  
missa sit, qui non negligentia priuatum aliquod cō-  
modum læserit, sed perfidia ligationis ipsius cāre-  
moniam polluerit, maculaq; affecerit: qua is tādem  
poena afficietur: aut quo iudicio damnabitur? Si hāc  
ei rem priuatum Sex. Roscius mandauisset, ut cum  
Chrysogono transigeret, atque decideret, inque eā  
rem fidem suam, si quid opus esse putaret, interpo-  
neret: ille, qui sese facturum recepisset, nonne si ex  
eo negotio tantulum in rem suam conuertisset, dam-  
natus per arbitrum & rem restitueret, & honesta  
tem omnem amitteret? Nunc non hanc ei rem Sex.  
Roscius mandauit, sed id quod multò grauius est,  
ipse Sex. Roscius cum fama, vita, bonisq; omnibus  
à Decurionibus publicè Roscio mandatus est: & ex  
eo T. Roscius non paulum nescio quid in rem suam  
conuertit: sed hunc funditus exerit bonis: ipse tria  
prædia sibi depactus est: voluntatem Decurionum,  
ac municipum omnium tantidem, quanti fidē suam,  
fecit. Videte iam porrò cætera Iudices, ut intelliga-  
tis fingi maleficium nullum posse, quo iste sese non  
contaminarit. In rebus minoribus socium fallere  
turpissimum est, aequaq; turpe, atque illud de quo  
antè dixi: neque iniuria, propterea quòd auxilium  
sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem commu-  
nicavit. Ad cuius igitur fidem confugiet, cum per  
eius fidem læditur, cui se commiserit? At qui ea sunt  
animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè

præca-

precauentur, tecti esse ad alienos possumus: int imm  
multa apertiora videant necesse est: socium vero  
cavere qui possumus? quem etiam si metuimus, ius  
officii ledimus. Recte igitur maiores eum, qui so-  
cium fefellisset, in virorum bonorum numero non  
putarunt haberi oportere. At vero T. Roscius no-  
vum rei pecuniariæ socium fefellit (quod, tametsi  
graue est, tamen aliquo modo posse ferri videtur)  
verum nouem homines honestissimos, eiusdem mu-  
neris, legationis, officij, mandatorumq; socios indu-  
xit, decepit, destituit, aduersarijs tradidit, omni  
fraude & perfidia fefellit. qui de eius scelere suspi-  
cari nihil potuerunt, socium officij metuere non de-  
buerunt: eius malitiam non viderunt, orationi va-  
ne crediderunt. Itaque nunc illi homines honestissi-  
mi propter istius insidias parum putantur cauti  
prouidiq; fuisse. Iste, qui initio proditor fuit, deinde  
perfuga: qui primò sociorum consilia aduersarijs  
enuntiauit, deinde societatem cum ipsis aduersarijs  
coijt: terret etiam nos, ac minatur, tribus priedijs,  
hoc est, premijs sceleris ornatus. In eiusmodi vita  
Iudices, in his tot tantisq; flagitijs hoc quoque ma-  
leficium, de quo iudicium est, reperietis. Etenim  
querere ita debetis: ubi multa auare, multa audac-  
ter, multa improbe, multa perfidiose facta vide-  
tis, ibi scelus quoque latere inter illa tot flagitia pu-  
tatote. Tametsi hoc quidem ininimè latet, quod ita  
promptum & propositum est, ut nō ex illis maleficijs,

cijis, quæ in illo constat esse, hoc intelligatur: verum ex hoc etiam si quod illorum fortè dubitatur, convincatur. Quid tandem quæso Iudices: num aut ille lanista omnino iam à gladijs recessisse videtur: aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere? Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Etenim quoniam fidem magistri cognostis, cognoscite nunc discipuli equitatem.

**I** Repetit lo-  
cum de ser-  
vus ad que-  
stionem po-  
stulatis. **I** Dixi iam antea sè penumero, postulatos esse ab ipsis duos seruos in questionem, tu semper T. Ro-  
sci recusasti. quero abs te, hinc, qui postulabant, in-  
digni erant, qui impetrarent: an iste non commoue-  
bat, pro quo postulabant? an res ipsa tibi iniqua vi-  
debatur? postulabant homines nobilissimi, atque in-  
tegerrimi nostræ ciuitatis, quos iam antea nomina-  
ui: qui ita vixerunt, talesq; à populo Romano pu-  
tantur, ut quicquid dicerent, nemo esset, qui non  
equum putaret. Postulabant autem pro homine mi-  
serrimo atque infelicissimo, qui vel ipse se in cru-  
ciatum dari cuperet, dum de patris morte querere-  
tur. Res porro abs te eiusmodi postulabatur, ut ni-  
hil interesset, utrum eam rem recusares, an de ma-  
leficio confiterere. Que cum ita sint, quero abs te,  
quam ob causam recusaris. Cum occiditur Sex. Ro-  
scius, ibidem fuerunt. Seruos ipsos, quod ad me atti-  
net, neque arguo, neque purgo. quod à vobis hoc pu-  
gnari video, ne in questionem dentur, suspiciosum  
est: quod vero apud vos ipsos in honore tanto sunt,  
profecto

profectò necesse est sciāt aliquid, quod si dixerint,  
 perniciosum vobis futurum sit. In dominos quæri  
 de seruis iniquum est. anne queritur? Sex. enim Ro-  
 scius reus est. Neque enim, cùm de hoc quæritur,  
 vos dominos esse dicitis. Cum Chrysogono sunt. Ita  
 credo, literis corunc, & urbanitate Chrysogonus  
 ducitur, ut inter suos omnium deliciarum atque  
 omnium artium puerulos ex tot elegantissimis fa-  
 milijs lectos, velit hos versari, homines penè opera-  
 rios ex Amerina disciplina patris familiæ rusticæ  
 ni. Non est ita profectò Iudices: non est verisimile,  
 ut Chrysogonus horum literas adamarit, aut hu-  
 manitatem: non, ut rei familiaris negotio diligen-  
 tiam cognorit eorum, & fidem. Est quiddam, quod  
 occultatur: quòd quòd studiosius ab ipsis opprimitur  
 & absconditur, eò magis eminet, & apparet. Quid  
 igitur Chrysogonus sui maleficij occultandi causa  
 questionem de his haberi nō vult? minimè Iudices.  
 non in omniis arbitror omnia conuenire. Ego in  
 Chrysogono, quod ad me attinet, nihil eiusmodi fu-  
 spicor: neque hoc mihi nunc primum in mentem ve-  
 nit dicere. Meministis me ita distribuisse initio cau-  
 sam, in crimen, cuius tota argumentatio permissa  
 Erucio est: & in audaciam, cuius partes Roscijs  
 impositæ sunt. quicquid maleficij, sceleris, cædis-  
 erit, proprium id Rosciorum esse debebit. nimiam  
 gratiam, potentiamq; Chrysogoni dicimus & no-  
 bis obstat, & perferriri nullo modo posse: & à vo-  
 bis

bis, quoniam potestas data est, non modò infirmari,  
verum etiam vindicari oportere. Ego sic existimo:  
qui queri velit ex ijs, quos constat, cùm cædes facta  
sit, affuisse, eum cupere verum inuenire: qui recu-  
set, eum profecto, tametsi verbo non audeat, tamen  
re ipsa de maleficio suo confiteri. Dixi initio Iudi-  
ces, nolle me plura de istorum scelere dicere, quām  
causa postularet, ad necessitas ipsa cogeret. Nam  
multæ res afferri possunt, & unaquæque earum  
multis cum argumentis dici potest. Verum ego,  
quod initius ac necessariò facio, neque diu, neque di-  
ligenter facere possum: quæ præteriri nullo modo  
poterant, ea leuiter Iudices attigi: quæ posita sunt  
in suspicionibus, de quibus si coepero dicere, pluri-  
bus verbis sit disserendum, ea vestris ingenijs, con-  
iecturæq; committo. Venio nunc ad illud nomen au-  
neum Chrysogoni, sub quo nomine tota societas sta-  
tuitur: de quo Iudices neque quomodo dicam, neque  
quomodo taceam, reperire possum. Si enim taceo,  
vel maximam partem relinquo: fin autem dico, ve-  
reor ne non ille solus (id quod ad me nihil attinet)  
sed alij quoque plures læsos se esse putent. tametsi  
ita se res habet, ut mihi in communem causam se-  
ctorum dicendum nihil magnopere videatur: Hæc  
enim causa noua profecto & singularis est. bono-  
rum Sex. Roscij emptor est Chrysogonus. primam  
hoc videamus, eius hominis bona qua ratione va-  
nierunt, aut quomodo vñire potuerunt. Atque hoc

hoc non ita quæram Iudices, ut id dicam esse indi-  
gnum, hominis innocētis bona vénisse. Si cñim hæc  
audienturs ac liberè dicentur: non fuit tantus homo  
Sex. Roscius in ciuitate, ut de eo potissimum con-  
queramur. Verum hoc ego quæro, qui potuerunt  
ista ipsa lege, quæ de proscriptione est, siue Vale-  
ria est, siue Cornelia (non enim noui, nec scio). ve-  
rum ista ipsa lege bona Sex. Rosciij vénire qui po-  
tuerunt? Scriptum enim ita dicunt esse, ut eorum bo-  
na veneat, qui proscripti sunt. quo in numero Sex.  
Roscius non est: aut eorum, qui in aduersariorū  
præsidijs occisi sunt. Dum præsidia illa fuerunt, in  
Syllæ præsidijs fuit: posteaquam ab armis recesser-  
runt, in summo otio rediens à coena Romæ occisus  
est. Si lege, bona quoque lege vénisse fateor: sin  
autem constat contra omnes non modo veteres le-  
ges, verum etiam nouas occisum esse: bona quo iu-  
re, aut quomodo, aut qua lege vénierint, quero. In  
quem hoc dicam, quæreris Eruci: non in eum quē vis.  
Et putas. Nam Syllam ex oratio mea ab initio, Et  
ipsius eximia virtus omni tempore purgauit. Ego  
hac omnia Chrysogonum fecisse dico, ut clementire-  
tur, ut malum ciuem Roscium fuisse fingeret, ut eū  
apud aduersarios occisum esse diceret, ut hisce de  
rebus à Legatis Amerinorum doceri. Syllam pas-  
sus non sit. Denique etiam illud suspicor, omnino  
hæc bona non vénisse: id quod postea, si per vos  
Iudices licitum erit, aperietur. Opinor enim esse in

lege, quam ad diem proscriptiones, venditionesq;  
fiant: nimirum ad Calen. Iunias. Aliquot post mēses  
et homo occisus est, et bona vēnisse dicūtur. Pro=  
fectō aut hēc bona in tabulas publicas nullas redie=  
rūt, nosq; ab isto nebulone facetius eludimur, quāne  
putamus: aut si redierūt, tabule publicæ corruptæ  
aliqua ratione sunt. Nam lege quidem bona vēnire  
non potuisse constat. Intelligo me ante tempus iudi=  
ces hēc scrutari, et propemodum errare, qui cūm  
capiti Sex. Roscij mederi debeam, reduuiā curem.  
Non enim laborat de pecunia, non ullius rationem  
sui commodi ducit: facile egestatē suam se laturum  
putat, si hac indigna suspicione, et ficto criminē li=  
beratus sit. Verum queso à vobis Iudices, ut hēc  
pauca, que restant, ita audiatis, ut partim me dice=  
re pro me ipso putetis, partim pro Sexto Roscio.  
Quæ enim mihi ipsi indigna et intolerabilia viden=  
tur, quæque ad omnes, nisi prouidemus, arbitror,  
pertinere: ea pro me ipso, ex animi mei sensu, ac do=  
lore pronūtio. Quæ ad huius vitæ casum, causamq;  
pertineant, et quid hic pro se dici velit, et quæ con=  
ditione contentus sit, iam in extrema oratione no=  
stra Iudices audietis. Ego hēc à Chrysogono mea  
sponte remoto Sex. Roscio quero. Primum, quare  
eiuis optimi bona vēnient: deinde quare hominis  
eiuis, qui neque apud aduersarios occisus est, bona  
vēnient, cum in eos solos lex scripta sit? Deinde  
quare aliquantò post eam diem vēnient, que dies  
in

in lege præfinita est? Deinde cur tantulo vñierint  
 Quæ omnia si, quemadmodum solent liberti nequæ  
 & improbi facere, in patronum suum voluerit cō-  
 ferre, nihil egerit. nemo est enim qui nesciat, pro-  
 pter magnitudinem rerum multa multos partim  
 conniuente, partim imprudente L. Sylla cōmisissē.  
 Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia pre-  
 teriti? non placet Iudices: sed necesse est. Etenim si  
 Iupiter Optim. Max. cuius nutu & arbitrio cœlū,  
 terra, mariaq; reguntur, sēpe ventis vehementio-  
 ribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio ca-  
 lore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, vr-  
 bes deleuit, fruges perdidit, quorum nihil t perni- t Gellius  
 cie causa diuino consilio, sed vi ipsa, & magnitudi lib. 9. c. 14  
 ne rerū factū putamus: at contrā, commoda quibus hoc in loco  
 utimur, lucemq; qua fruimur, spiritumq; quē duci à Cicerone  
 mus, ab eo nobis dari atq; impertiri videmus: quid Pernicij  
 miramur L. Syllam, cūm solus Remp. regeret, or- scriptū af-  
 bemiq; terrarum gubernaret, imperijq; maiestatem, firmat.  
 quam armis receperat, legibus confirmaret, aliqua  
 animaduertere non potuisse nisi hoc mirū est, quod  
 vis diuina esse qui non possit, si id mens humana ade-  
 pta non sit. Verum ut hæc missa faciam, quo iam i Syllana sc̄i  
 facta sunt, ex ijs quæ nunc maxime fiunt, nonne qui- licet.  
 uis potest intelligere, omnium architectum, &  
 machinatorem unum esse Chrysogonum, qui Sex-  
 ti Roscij nomen deferendum curauit? hoc iudi-  
 cium, cuius honoris causa accusare se dixit Erucius

Desunt non pauca.

aptam, & ratione dispositam se habere existimant, qui in Salentinis, aut in Brutijis habent, unde vix ter in anno audire nuntium possunt. Alter tibi descendit de palatio, & ædibus suis: habet animi relaxandi causarū amoenū & suburbanū, plura præterea prædia, neque tamen ullum, nisi præclarū & propinquum: domus referta vasis Corinthijs, & Deliacis: in quibus est authēpsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui prætereuntes pretiū enumerari audiebant, fundū venire arbitrarentur. Quid præterea cœlati argeti? quid stragulae vestis? quid pictarum tabularum? quid signorū? quid marmoris apud illum putatis esse tantum scilicet, quantum ē multis splendidisq; familijs in turba & rapienis coaceruari una in domo potuit. Familiam vero quātam, & quām varijs cum artificijs habeat, quid ego dicam? Mitto hasce arteis vulgareis, coquos, pistores, lecticarios: animi & aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, & neruorū, & tibiarum, nocturnisq; conuiuijs tota vicinitas personet. In hac vita iudices quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis? quæ vero conuiuia? honesta credo in eiusmodi domo: si domus hec habenda est potius, quām officina nequitiae, & diuersorum flagitorum omnium. Ipse vero quemadmodum composito & delibuto capillo passime per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis

videtis Iudices: ut omnes despiciat, ut hominē p̄se neminem putet, ut se solum beatum, solum potenter putet. Quae verò efficiat, & quae conetur, si velim commemorare, vereor Iudices, ne quis imperitor existimat me causam nobilitatis, victoriāque voluisse ledere: tametsi meo iure possum, si quid in hac parte mihi non placat, vituperare. Non enim vereor ne quis alienum me animum habuisset à causa nobilitatis existimat. Sciunt ij, qui me norunt, me pro illa tenui, infirmitateq; parte, posteaquam id quod maximè volui, fieri non potuit, ut componeretur: id maximè defendisse, ut ij vincerent, qui vicerunt. Quis enim erat, qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere? Quo in certamine perditi ciuiis erat, non se ad eos iungere, quiibus incolumibus, & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. Que perfecta esse, & suum cuique honorem & gradum redditum, gaudeo Iudices, vehementerque lator: eaq; omnia deorum voluntate, studio populi Romani, consilio, & imperio, & felicitate L. Syllæ gesta esse intelligo. Quod animaduersum est in eos, qui contrà omni ratione pugnarunt, non debeo reprehendere. quod viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus est, laudo. que ut fieren, idcirco pugnatum esse arbitror, meq; in eo studio partium fuisse confiteor. Sin autem id actum est & idcirco arma sumpta sunt, ut homines postremi

pecunijs alienis locupletarentur, & in fortunas vniuersitatisque impetum facerent, & id non modo prohibere non licet, sed ne verbis quidem vituperaretur: verò in isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressusq; populus Romanus est. Verum longè aliter est. nihil horum est Iudices: non modo non ledetur causa nobilitatis, si istis hominibus resistetis: verum etiam ornabitur. Etenim qui hæc vituperare volunt, Chrysogonum tantum posse queruntur: qui laudare volunt, concessum ei non

<sup>a</sup> Alia occupatio qua illic occurrit qui metu prohiberi dicebant. Separat autem Chrysogoni causam à communione Syllæ causæ.

Ac iam nihil est, quod quisquam aut tam stultus, aut tam improbus sit, qui dicat: Velle quidem liceret, hoc dixisse: dicas licet. hoc fecisse: facias licet, nemo prohibet. hoc decreuisse: decerne, modo recte: omnes approbabūt. hoc iudicasse: laudabunt omnes, si recte & ordine iudicaris. Dū necesse erat, resq; ipsa cogebat, unus omnis apud oterat: qui postea quam magistratus creavit, legesq; constituit, sua cuique procuratio, autoritasq;

† receperat est restituta. Quam si retinere volunt ijs, qui † recuperarunt, in perpetuum poterunt obtinere: sin has cædes, & rapinas, & hos tantos, tamq; profusos sumptus aut facient, aut approbabunt: nolo in eos grauius quicquam, ne hominis quidem causa dicere: unum hoc dico, nostri isti nobiles, nisi vigilates, & boni, & fortes, & misericordes erūt, ijs hominibus in quibus hæc erunt, ornamenta sua concedant necesse est. Quapropter desinat aliquando dicere, male ali-

lè aliquem locutum esse, si quis verè ac libere locutus sit: desinat suam causam cū Chrysogono cōmunicare: desinat, si ille Iesus sit, de se aliquid detratum arbitrari: videant ne turpe, miserumq; sit, eos qui equestrem splendorem pati non potuerunt, servi nequissimi dominationem ferre posse. Quæ quidem dominatio Iudices, in alijs rebus antea versabatur: nunc verò quam viam munitet, quo iter affert, videtis: ad fidem, ad iusurandum, ad iudicia vestra, ad id, quòd solum propè in ciuitate syncerum, sanctumque restat. Hicne etiam sese putat aliquid posse Chrysogonus: hic etiam potens esse vult? ò rem miseram atque acerbam. Neque mehercules hoc indignè fero, quòd verear, ne quid possit: verùm quòd ausus est, quod sperauit sese apud tales viros aliquid ad perniciem posse innocentis, id ipsum queror. Idcircone experrecta nobilitas armis atque ferro Rēpubli. recuperavit, ut ad libidinem suam liberti, seruuliq; nobilium, bona, fortunas vestras, nostrasq; vexare possent: Si id actum est, fateor me errasse, qui hoc maluerim: fateor insanisse, qui cùm illis senserim, tametsi inermis Iudices sensi. Si autem victoria nobilium ornamēto atq; emolumento Rēip. populoque Romano debet esse, tum verò optimo & nobilissimo cuiq; mē orationē gratissimam esse oportet. Quòd si quis est, qui ex se, ex causam lādi putet, cū Chrysogonus vituperetur: is causa ignorat, seipſū propè nō nouit. Causa enī splēdidior

didior fiet, si nequissimo cuique resistetur. Ille improbissimus Chrysogoni fautor, qui sibi cum illo rationem communicat amputat, laeditur, cu ab hoc splendore cause separatur. Verum haec omnis oratio (ut iam ante dixi) mea est: qua me uti Respu. Et dolor meus, et istorum iniuria coegerit: Sed Roscius horum nihil indignum putat: nemine accusatus nihil de suo patrimonio queritur: putat homo imperitus morum, agricola et rusticus, ista omnia, quae vos per Syllam gesta esse dicitis, more, lege, iure gentium facta: culpa liberatus, et criminis nefario solutus capit a vobis discedere. si hac indigna suspitione creat, animo aequo se carere suis omnibus commodis

a Peroratio,  
qua mouet  
commisera-  
tionem in Ro-  
sciū & aduer-  
tariorū scelus  
insecatur.  
Constat autē  
amplificatio-  
ne, collatio-  
ne, affectibus  
indignatio-  
ne

ατεσεφον'

dicit. rogat, oratq; te Chrysogone, si nihil de partis fortunis amplissimis in suā rē cōuertit, si nulla in re te fraudauit, si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit, si vestitū, quo ipse te etius erat, annulumq; dedit, os suū tibi tradidit, si ex omnibus rebus se ipsum nudū, neq; præterea quicquam exceptit: vt sibi per te liccat innocentiam amicorum opibus vitam in egestate degere. Prædia mea tu possides, ego aliena misericordia viuo: concedo: et quod animus aequus est, et quia necesse est. mea domus tibi patet, mihi clausa est: fero. familia mea maxima uteris, ego seruū habeo nullū: patior, et ferendum puto. Quid vis amplius? quid insequeris? quid oppugnas? qua in re tuā volūtatem laedi a me putas? ubi tuis cōmodis officio? quid tibi obsto? si spoliorū causa vis

sa hominem occidere, spoliasti. Quid quæris amplius? Si inimicitarum, que sunt tibi inimicitiae cū eo, cuius antea prædia possedisti, quām ipsum cognostī? Sin metuis: ab eōne aliquid metuis, quē vides ipsum ab sese tam atrocem iniuriam propulsare nō posse? Sin quōd bona, quæ Rosciū fuerunt, tua facta sunt, idcirco hunc illius filium studes perdere, nōne ostendis id te vereri, quod præter cæteros tu me tuere non debeas, ne quando liberis proscriptorum bona patria reddantur? Facis iniuriam Chrysogone, si maiorem spem emptionis tue in huius exitio ponis, quām in his rebus, quas L. Sylla gessit. Quōd si tibi causa nulla est cur hunc miserum tantæ calamitate affici velis, si tibi omnia sua præter animā tradidit, nec sibi quicquam paternū, ne monumenti quidem causa reseruauit: per deos immortales que ista tanta crudelitas est: que tam fera, immanisque natura: quis inquā prædo fuit tam nefarius? quis pirata tam barbarus? ut cum integrum prædā sine sanguine habere posset, cruenta spolia detrahere mallet? Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil posse, nihil inquam contra rem tuā cogitasse, et tamen oppugnas eū, quem neq; metuere potes, neque odisse debes, nec quicquam habere iā reliqui vides, quod ei detrahere possis: nisi hoc indignum putas, quōd vestitum sedere in iudicio vides quē tu ē patrimonio tanquam ē naufragio nudū extulisti. quāsi verò nescias hūc et ali, et vestiri à Cecilia Balea

learici filia, Nepotis sorore, spectatissima femina:  
quæ compatrem clarissimū, amplissimos patruos,  
ornatissimū fratrem haberet: tamen, cùm esset mu-  
lier, virtute perfecit, vt quanto honore ipsa ex illo  
rum dignitate afficeretur, non minor illis ornamē-  
ta ex sua laude redderet. An quòd diligenter defen-  
ditur, id tibi indignū facinus videtur? Mihi crede, si  
pro patris eius hospitijs, & gratia vellent omnes  
huius hospites adesse, & auderent libere defendere  
satis copiosè defenderetur: sin autem pro magnitu-  
dine iniuriae, proq; eo, quod summa Reipu. in huius  
periculo tentatur, hæc omnes vindicarēt, cōsistere  
nehercule vobis isto in loco non licet. Nūc ita de-  
fenditur, non sane ut molestè ferre aduersarij de-  
beat, neq; ut se potentia superari putent. Quæ do-  
mi gerenda sunt, ea per Cæciliā transigūtur: fori,  
iudicij; rationē Messala, vt videtis Iudices, suscep-  
pit, qui si iam satis etatis, atq; roboris haberet, ipse  
pro Sex. Roscio diceret. quoniā ad dicendū impedi-  
mēto est etas, & pudor, qui ornat etatē, causam mi-  
hit tradidit, quē sua causa cupere, ac debere intelli-  
gebat. ipse assiduitate, consilio, autoritate, diligētia  
perfecit, vt Sex. Rosciū vita erecta de manibus fe-  
ctorū, sententijs iudicū permitteretur. Nimirū Iud.  
pro hac nobilitate pers maxima ciuitatis in armis  
fuit: hæc acta res est, ut nobiles restitueretur in ci-  
uitatē, qui hoc facerēt, quod facere Messalā videtis:  
qui caput innocētis defenderēt: qui iniurie resistet:  
rent:

rēt: qui quantum possent, in salute alterius, quam in  
exitio mallet ostendere Quod si omnes qui eodē lo-  
co nati sunt, facerēt, et Resp. ex illis, et ipsi ex in-  
uidia minus laborarēt. Verum si à Chrysogono Iu-  
dices nō impetrāmus, ut pecunia nostra cōtētus sit,  
vitā ne petat. si ille adduci nō potest, ut cūm ademē  
rit nobis omnia, quae nostra erāt propria, ne lucem  
quoq; hāc, quae cōmunis est, cripere cupiat. si nō sa-  
tis habet auaritiā suā pecunia explere, nisi etiā crue-  
delitate sanguinis perlitus sit: vñ perfugiū Iudices  
una spes reliqua est Sex Roscio, eadē quae Reipu-  
vestra pristina bonitas, et misericordia: que si ma-  
net, salui etiā nunc esse possumus: sin ea crudelitas,  
que hoc tēpore in Rep. versata est, vestros quoq;  
animos (id quod fieri profectō nō potest) duriores,  
acerbioresq; reddidit, actum est Iudices: inter feras  
satius est etatem degere, quam in hac tāta immani-  
tate versari. Ad cāmne rē vos reseruati estis: ad eām-  
ne rem delecti, ut eos condemnaretis, quos sectores,  
ac sicarij iugulare non potuissent: Solent hoc boni  
Imperatores facere, cūm prēlium committunt, ut  
in coloco, quo fugam hostium fore arbitrentur, mi-  
lites collocent: in quos, si qui ex acie fugerint, de im-  
prōviso incident. Nimirum similiter arbitrantur  
isti bonorum emptores, vos hic tales viros sedere,  
qui excipiatis eos, qui de suis manibus effugerint.  
Dij prohibeant Iudices, ut hoc, quod maiores consi-  
liū publicum vocari voluerunt, præsidium sectorū  
existi-

existimetur. An verò iudices vos non intelligitis, ni  
hil aliud agi, nisi ut proscriptorum liberi quavis na  
tione tollantur, ex eius rei initium in vestro iureiu  
reiuando atq; in Sex. Roscij periculo querit? Du  
bium est ad quem maleficium pertineat, cum videa  
tis in altera parte sectorem, inimicum, siccariū, eū  
demq; accusatorem hoc tempore: ex altera parte  
egentem, probatum suis filium, in quo non modo  
culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consiste  
re? Nunquid hic aliud videtis obstatre Roscio, nisi  
quòd patris bona vñierunt? Quòd si id vos susci  
pitis, & eadem in re operam vestram profitemini:  
si idcirco sedetis, ut ad vos adducantur eorum libe  
ri, quorum bona vñierunt: cauete per deos immor  
tales iudices, ne noua, & multò crudelior per vos  
proscriptio instaurata esse videatur. Illam priorē,  
quæ facta est in eos, qui arma capere potuerunt, ta  
men Senatus suscipere noluit, ne quid acrius, quam  
more maiorum comparatum est, publico consilio  
factum videretur. Hanc verò, quæ ad eorum libe  
ros, atque infantium puerorum incunabula perti  
net, nisi hoc iudicio à vobis reiicitis, & aspernami  
ni, videte per deos immortales, quem in locum Rem  
pub. peruenturam putetis. Homines sapientes, &  
ista autoritate & potestate præditos, qua vos estis,  
ex quibus rebus maximè Resp. laborat, ijs maximè  
mederi conuenit. Vestrum nemo est, qui in intelligat  
populum Rom. qui quondam in hostes lenissimus  
existi-

existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate  
laborare. hanc tollite ex ciuitate iudices: hanc pati  
nolite diutius in hac Rep. versari: que non modo id  
babet in se mali, quod tot ciues atrocissime sustu-  
lit; verum etiam hominibus lenissimis ademit misera-  
cordiam consuetudine incommodorum: nam cum  
omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus, aut  
audimus, etiam qui natura mitissimi sumus, assidui-  
tate molestiarum sensum omnem humanitatis ex  
animis amittimus.

Desit fortasse quippiam.

## A C T I O N I S I N VERREM PRIMAE, Q V A E Divinatio dicitur, Argumentum.

**C**. Verres cum Siciliam prouinciam trien-  
nium Prætor administrasset, in eaque  
libidinose, auarè, & crudeliter multa perpe-  
trasset, succedente sibi Metello, repetundarū  
reus à Siculis Romæ appellatus est, vniuersis,  
præter Syracusanos & Mamertinos, Cicero-  
ni accusationem eam deferentibus. Quibus  
cum Cicero obveterem cum Syracusanis ne-  
cessitudinem, operam suam benignè pollici-  
tus esset, Q. Cæcilius Niger, Siculus, Verris  
Quæstor, eiusq; (vt ipse affirmabat) inimi-

V      cus,

cus, contendebat, se potius quam Cicero-  
nem accusatorem constitui oportere; tum  
quod ipse a Verre laesus, eiusque crima  
probè nosset; tum verò quod Siculus pro  
Siculis agat. Cui Cicero hac Oratione re-  
spondet, docetque, eum accusatorem esse  
oportere, qui inuitus officij religione a Si-  
culis rogatus id præstare cogatur; quemque  
metuat is, qui accusatur; qui denique pro  
Rep. imitatione maiorum hoc onus susci-  
piat. Cæterum Diuinatio hæc oratio dici-  
tur, quoniam cum de accusatore constituen-  
do agatur, coniecturam, & quasi præiudica-  
tionem habet rei futuræ; uter, an Cicero, an  
verò Cæcilius Verrem accusare debeat. nam  
(ut vult Asconius) remotis testibus ac tabu-  
lis, sola argumenta Iudices sequuntur, ac qua-  
si diuinant. Genus causæ honestum est.  
Status negotialis comparatiuus; quis nimia-  
rum de duobus; aut quis potissimum solus  
accusat.

ACCV-

# ACCUSATIONIS

## INC. VERREM LIB. I. QVI

Diuinatio dicitur.

**S**i quis vestrūm Iudices, aut eorū, qui adsunt, forte miratur, me, qui tot annos in causis, iudicijsq; publi-  
cīs ita sim versatus, ut defenderim multos, lēserim neminem, subito nunc mutata voluntate ad accusandū descendere: is si mei consiliū causam, rationemq; cognouerit, vna & id quod facio probabit, & in hac causa profectō neminē præponendum esse mihi actorem pūtabit. <sup>3</sup> Cū Questor in Sicilia fuisse Iudices, itāq; ex ea prouincia deceffissem, ut Siculis omnibus iucundam diuturnamq; memoriam Questuræ, nominisq; mei relinquerem: factum est, vti cū summum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitra-  
rentur. qui nunc populati, atque vexati, cuncti ad me publicè sēpe venerunt, vt suarum fortunarum omnium causam, defensionemq; susciperem. <sup>4</sup> me sēpe esse pollicitū, sēpe ostendisse dicebant, si quod tempus accidisset, quo tempore aliquid à me requiri-  
rent, commodis eorum me non defuturum: venis-  
se tempus, aiebant, non iam vt commoda sua, sed vt vitam, salutemq; totius prouincie defenderem:  
sese iam ne deos quidem in suis orbibus, ad quos

1 Occurrit inuidie quod cum defen-  
dere consue-  
uerit, nūc ac-  
cuset. Propo-  
sitio est orna-  
ta circumstā-  
tis, quā de-  
inceps narra-  
tione exci-  
pit.

2 Narrat quo modo à Sicu-  
lis rogatus  
sit: & est ar-  
gumentalis  
narratio, q.  
ad probandū  
pertinet.

3 Id est ma-  
ior pars.

4 Inducit  
verba Siculō-  
rum, quibus  
effectum ex-  
primit. Nam  
illud, Sele  
neque iam  
deos habere,  
tanquam fa-  
tum est ex  
dolore, quod  
Graci  
vocant.

consenserent habere: quod eorum simulacra sanctis  
 sima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisse=  
 set: quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in sup=br/>
 pliciis, auaritia in rapinis, superbia in contumeliis  
 efficere potuisset, eas omnes sese hoc uno pretore  
 per triennium pertulisse; rogare, et orare, ne illos  
 supplices aspernareret, quos me incolumi nemini sup=br/>
 plices esse oporteret. Tuli grauiter, et acerbè iu=br/>
 dices, in eum me locum adductum, ut aut eos homi=br/>
 nes spes falleret, qui opem à me, atque auxilium pe=br/>
 tiffissent: aut ego, qui me ad defendendos homines ab  
 inunte adolescentia dedissem, tempore atque offi=br/>
 cio coactus ad accusandum traducerer. Dicebam  
 habere eos actorem Q. Cecilium, qui præsertim  
 Questor in eadem prouincia post me Questorem  
 fuisset. quo ego adiumento sperabam hanc à me  
 molestiam posse dimoueri: id mihi erat aduersa=br/>
 rium maxime nam illi multò mihi hoc facilius re=br/>
 misserent, si istum non nossent, aut si iste apud eos  
 Questor non fuisset. Adductus sum iudices officio,  
 fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, ve=br/>
 teri cōsuetudine, institutoque maiorum ut onus hoc  
 laboris atque officij, non ex meo, sed ex meorum ne=br/>
 cessariorum tempore mihi suscipiendum putarem.  
 1 Alia purga= 1 Quo in negotio tamen illa me res iudices consola=br/>
 tio ex finitio tur, quod hæc quæ videtur esse accusatio mea, non  
 ne, hanc non potius accusatio, quam defensio est existimanda.  
 accusatione sed defensio  
 nem esse. Defendo enim multos mortales, multas ciuitates,  
 prouin

prouincia Sicilia totam. Quamobrem, + si mihi unus + quia  
 est accusandus, propemodū manere in instituto meo  
 videor, ex non omnino à defendendis hominibus  
 subleuandisque discedere. <sup>+ 100 fl. 11. 2</sup> Quòd si hanc causam  
 tam idoneam, tam illustrem, tam graue non haberem;  
 si aut hoc à me Siculi non petissent, aut mihi cum Si-  
 culis causa tantæ necessitudinis nō intercederet: &  
 hoc quod facio, mē Rēip. causa facere profiterer, ut  
 homo singulari cupiditate, audacia, scelere prædi-  
 tus, cuius furtæ, atque flagicia non in Sicilia solum,  
 sed in Achaia, Asia, Cilicia, Pamphylia, Romæ deni-  
 q; ante oculos omnium maxima, turpisimaq; nos-  
 sumus, me agente in iudicium vocaretur: qui stande-  
 esset, qui meum factū, aut consilium posset reprehē-  
 dere? Quid est, prò deūm, hominumq; fidem, in quo  
 ego Rēip. plus hoc tēpore pradesse possim? Quid  
 est: quod aut popu. Roma. gratius esse debat: aut so-  
 ciis, exterisq; nationibus optatius esse possit: aut sa-  
 luti, fortunisq; omnium magis accommodatum sit.  
 Populæ, vexatæ, funditus euersæ prouincie: socij,  
 stipendiarii que popu. Ro. afflitti, miseri, iam non sa-  
 lutis spem, sed exitij solatium querunt. <sup>2</sup> Qui iudi-  
 cia manere apud ordinem Senatorium volunt, que-  
 runtur accusatores se idoneos non habere: qui accu-  
 sare possunt, iudiciorum securitatem desiderant. Po-  
 pulus Rom. interea, tametsi multis incommodis, dif-  
 ficultatibusque affectus est, tamen nihil æquè in  
 Rep. atque illam veterem iudiciorum vim, grauita-

<sup>1</sup> Tertis par-  
 gatio, quod  
 Rei. causa ac-  
 cuset: in quo  
 vehementius  
 insurgit.

<sup>2</sup> hanc est T. 2  
 illuc 2. met  
 Rogorq. sui  
 inquit sive  
 nos sup. eis  
 subibimus

<sup>2</sup> Lege Sem-  
 proniae que-  
 ster ordo iu-  
 dicauerat si-  
 ne infamias  
 post legem Cor-  
 nelia, senato-  
 res. Nunc au-  
 tc. Aurelius  
 Cotta legē fe-  
 rebat ut equi-  
 tes & senato-  
 res & tribu-  
 ni xarai si-  
 mul iudica-  
 rent.

tempore & temq; requirit. Iudiciorum desiderio Tribunitia posse est cor- testas efflagitata est: iudiciorum in leuitate ordo rupione. quoque alius adires iudicandas postulatur: iudicium culpa atque dedecore etiam Censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc possit: id iam populare, atque plausibile factum est. In hac libidine hominum nocentissimorum, in Pop. Ro. quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offensione, cum hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitrarer, ut homines idonei, atque integri causam Reip. legumq; susciperent: fateor me salutis omnium causa ad eam partem accessisse Reip. subleuandae, quæ maximè laboret.

**2** Transit ad rem & consti- tuit proposi- tionē biparti- tam quæ con- tinet indica- tionē causæ, quem velint accusare Sicut li & quæ no- lit Verres. Nam hęc o- fendūt, uter accusare de- beat, qui est status causæ. In tempore & temq; requirit. Iudiciorum desiderio Tribunitia posse est cor- testas efflagitata est: iudiciorum in leuitate ordo rupione. quoque alius adires iudicandas postulatur: iudicium culpa atque dedecore etiam Censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc possit: id iam populare, atque plausibile factum est. In hac libidine hominum nocentissimorum, in Pop. Ro. quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offensione, cum hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitrarer, ut homines idonei, atque integri causam Reip. legumq; susciperent: fateor me salutis omnium causa ad eam partem accessisse Reip. subleuandae, quæ maximè laboret. **2** Nunc quoniam quibus rebus adductus ad causam accesserim, demonstravi, dicendum ne- cessariò est de contentione nostra, ut in constituen- do accusatore, quod sequi possitis, habeatis. Ego sic intelligo iudices: cum de pecunijs repetundis no- men cuiuspam deferatur, si certamen inter aliquos sit, cui potissimum delatio detur, haec duo in primis spectari oportere: quem maximè velint actorem esse ij, quibus factæ esse dicantur iniuriæ: ex quæ minimè velit is, qui eas iniurias fecisse arguatur. In hac causa iudices, tametsi utrumque esse arbi- tror perspicuum, tamē de utroque dicam, ex de eo prius, quod apud vos plurimum debet valere, hoc est, de voluntate eorum, quibus iniuriæ factæ sunt, quorum causa iudicium de pecunijs repetundis est

constit-

constitutum. <sup>1</sup> Siciliā prouinciā, C. Verres per triē-  
nium depopulatus esse, Siculorū ciuitates vastasse,  
domos exinanisse, fanas spoliasse dicitur. Ad sunt,  
queruntur Siculi vniuersit: ad meam fidem, quā ha-  
bent spectatam iam & diu cognitam, configiunt:  
auxilium sibi per me à wobis, atque à Pop. Rom. le-  
gibus petunt: me defensorem calamitatū suarum,  
me ultorem iniuriarum, me cognitorē iuris sui, me  
actorem causæ totius esse voluerunt. <sup>2</sup> Vtrū Q. Cæ-  
cili hoc dices, me non Siculorum rogatu ad causam  
accedere: an optimorum fidelissimorumq; sociorū  
voluntatem apud hos grauem esse non oportere? Si  
id audebis dicere, quod C. Verres, cui te inimicum  
esse simulas, maximè existimari vult, Siculos hoc à  
me nō petisse: primū causam inimici tui subleuabis,  
de quo non præiudicium, sed planè iudicium iam fa-  
ctum putatur, quòd ita percrebuit, Siculos omnes  
actorē sue causæ cōtra illius iniurias quæfisse. Hoc  
si tu inimicus eius factum negabis, quod ipse, cui ma-  
ximè hæc res obstat, negare non audet: videt o ne ni-  
mium familiariter inimicitias exercere videare.  
Deinde sunt testes viri clarissimi nostræ ciuitatis,  
quos omnes à me nominari non est necesse: eos qui  
ad sunt, appellabo: quos, si mentirer, testes esse impu-  
dentiae mee minimè vellem. Scit is, qui est in consi-  
lio, C. Marcellus: scit is, quæ adesse video, Cn. Lenu-  
lus Marcellinus: quorum fide, atq; præsidio Siculi  
maximè nituntur: quòd omnino Marcellorum no-

<sup>1</sup> Propositio  
specialis qua  
argumenta-  
tionē aggredit.

<sup>2</sup> Inuadit Cæ-  
ciliū & pro-  
batur quod  
propoluit, ad  
iungit & alte-  
rum caput, ut  
efficiat sit  
mam proba-  
tionē. Nam  
hi duobus  
capitibus effi-  
citur plena  
conformatio-  
nē. Rogatus sit  
à Siculis, &  
si voluntas Si-  
culorum va-  
lere debeat.  
Vnde iuncta  
Syllogismū  
conscriunt.  
Versique pro-  
batione per-  
sequitur.

mini tota illa prouincia adiuncta est. Hi sciunt hoc non modò à me petitum esse, sed ita sæpe, & ita verò hæc est esse petitum, ut aut causa mihi suscipienda

**1 Hoc sche-**  
ma aptum est  
augendo or.  
dini, & Fabio  
dicti pœnitè  
tia dicitur.

fuerit, aut officium necessitudinis repudiandum.

Sed quid ego his testibus vtor, quasi res dubia, aut obscura sit? Adsunt homines ex tota prouincia nobilissimi, qui præsentes vos orant, atque obsecrant

Iudices, ut in actore causæ suæ diligendo, vestrum iudicium à suo iudicio ne discrepet. Omnium ciuitatum totius Siciliæ legationes adsunt, preter duas ciuitates: quarum duarum si adessent, duo crimina vel maxima minuerentur, quæ cum his ciuitatibus

**3 Occupatio**  
quam primo  
tanquā frivo  
lam repellit:  
deinde ex a-  
bundanti in-  
terpretatur &  
ab iniudiare  
mouet.

C. Verri communicata sunt. 3 At enim cur à me potissimum hoc præsidium petierunt? Si esset dubium, petissent à me præsidium, nec ne, dicerem cur petissent. Nunc verò, cum id ita perspicuum sit, ut oculis iudicare possitis: nescio cur hoc mihi detimento esse debeat, si id mihi obiiciatur, me potissimum esse delectum. Verum id mihi non sumo Iudices, & hoc non modò in oratione mea non pono, sed ne in

**4 Concludit**  
**5 Probat so-**  
ciorum volū  
tatem valere  
oportere, ex  
causa legis  
quā breuiter  
amplificat.  
Argumenta-  
tio propriè  
ex destinatis

opinione quidem cuiusquam relinquo, me omnibus patronis esse præpositum. Nō ita est: sed vniuersalium que temporis, valetudinis, facultatis ad agendum, ducta ratio est. 4 Mea fuit semper hæc in hac re voluntas, & sententia, quemuis ut hoc mallēt de iis qui essent idonei, suscipere, quā me:me ut mallēt, quam nemine. 5 Reliquū est iā, ut illud queramus, cū hoc cōstet Siculos à me petisse, ecquid hæc rē apud vos,

ani-

animosq; vestros valere oporteat, ecquid autorita-  
 tis apud vos in suo iure repetundo socij Popu. Ro-  
 ma. supplices vestri habere debeant. De quo , quid  
 ego plura commemorem : quasi verò dubium sit,  
 quin tota lex de pecunijs repetundis sociorū causa  
 constituta sit. Nā ciuibus cūm sunt creptæ pecunie,  
 ciuili ferè actione, et priuato iure repetūtur. Hæc  
 lex Socialis est: hoc ius nationū exterarū est: hāc ha-  
 bent arcem minus aliquanto nūc quidē munitā, quā  
 antea: veruntamen, si qua reliqua spes est, que socio-  
 rum animos consolari possit, ea tota in hac lege po-  
 sita est: cuius legis non modò à Po. R. O. sed etiam ab  
 ultimis nationibus iampridem seueri custodes re-  
 quiruntur. Quis igitur est, qui neget oportere eo = 1 id est vices  
 rum arbitratu lege agi, quorum causa lex sit consti-  
 tuta? Sicilia tota si una voce loqueretur, hoc diceret  
 quod auri, quod argenti , quod ornamentorum in  
 meis urbibus, sedibus, delubris fuit, quod in unaqua-  
 q; re beneficio Senatus, Populiq; Ro. iuris habui, id  
 mihi tu C. Verres eripuisti, atque abstulisti: quo no= rari. Nam ali  
 mine abs te 1 sestertium millies ex lege repeto. Si bi ipse sum-  
 vniuersa, vt dixi, prouincia loqui posset , hac voce  
 vteretur. quoniam id non poterat, harum rerum a= facit quadrin  
 ctorem, quem idoneum esse arbitrata est, ipsa dele= gētis lester  
 git. In huiusmodi re quisquam tam impudens repe- tium , id est,  
 rietur, qui ad alienam causam inuitis ijs, quorum ne decies cētum  
 gotium est, accedere, aut aspirare audeat: 2 Si tibi millia.  
 Q. Cæcili hoc Siculi diceret: te non nouimus: nesci= 2 Obiurgatio  
 cum. in Cæciliūm,  
 qua conclu-  
 dit hunc lo-

mus qui sis: nunquam ante vidimus: sine nos per  
 eum nostras fortunas defendere, cuius fides est nobis  
 cognita: nonne id dicerent, quod cuius probare de= I artibis  
 berent? nūc hoc dicūt: utrūq; se nosse: alterum se  
 amplificandi  
 causa.  
 cupere defensorem esse fortunarum suarū: alterū  
 planè nolle. Cur nolint, etiā si taceant, satis dicunt.  
 verū non tacent: tamen his inuitissimis te offeres: ta  
 men in aliena causa loquere: tamē eos defendes, qui  
 se ab omnibus desertos potius, quam abs te defenso  
 esse malūt: tamē his operam tuam pollicebere, qui te  
 neq; velle sua causa, nec si cupias, posse arbitrātur?  
 Cur eorū spem exigua reliquarum fortunarū, quā  
 habent in legis, & iudicij severitate positam, vi ex= 2 cap*xxv*  
 torquere conaris? cur te interponis inuitissimis his,  
 quibus maximē lex cōsultū esse vult? cur de quibus  
 in prouincia non optimē es meritus, eos nunc planè  
 fortunis omnibus conaris euertere? cur his non mo= 3 Alterū ca-  
 por princip<sup>2</sup>  
 le, Verrem &  
 se nolle accu-  
 sari. Et parti-  
 tur bisarīz  
 hanc disputa-  
 tionem, sc̄ de  
 ipso primū,  
 deinde de co-  
 tentione sui  
 & Caciliū di-  
 curum esse.  
 velint: alterum illud credo obscurum est, à quo Ver  
 res minimē se accusari velit. Ecquis unquam tam  
 palam de honore, tam vehementer de salute sua cō  
 tendit, quam ille, atq; illius amici, vt ne hæc mihi de  
 latio detur? Sunt multa, quæ Verres in me esse ar-  
 bitratur, quæ scit in te Q. Cæciliū nō esse: quæ cuius= modi

modi in vitroque nostrum sint; paulò pōst commēmorabo. Nunc tantum id dicam, quod tacitus tu mihi assentiare nullam rem in me esse quam ille contēnat; nullam in te, quam pertimescat.<sup>1</sup> Itaque magnus ille defensor, & amicus eius tibi Hortensius suffragatur, me oppugnat: aperte ab iudicibus petit, ut tu mihi anteponare: & ait hoc se honestē, sine vlla inuidia, ac sine vlla offensione contendere.<sup>2</sup> Non enim, inquit, illud peto, quod soleo, cūm vehe-  
mentius contendī, impetrare; reus ut absoluatur,  
non peto: sed ut ab hoc potius, quām ab illo accuse-  
tur, id peto. Da mihi hoc: concede, quod facile est,  
quod honestum, quod non inuidiosum: quod cūm  
dederis, sine ullo tuo periculo, sine infamia illud  
dederis, ut is absoluatur, cuius ego causa labore.  
Et, ait idem, ut aliquis metus adiunctus sit ad gra-  
tiam: certos esse in consilio, quibus ostendi ta-  
bellas velit: id esse perfacile. non enim singulos  
ferre sententias, sed vniuersos constituere: ce-  
ratam vnicuique tabellam dari: cera legitima  
non illa infami ac nefaria. Atque is non tam pro-  
pter Verrem laborat, quām quōd cum minime  
res tota delectat. videt enim si à pueris nobili-  
bus, quos adhuc elusit, si à quadruplatoribus, quos  
non sine causa contempnit semper, ac pro nihilo  
putauit, accusandi voluntas ad viros fortes, spectatō-  
tōsq; homines trāslata sit, sc̄ in iudicijs dominari nō  
scere posset absolvissimne an cōdēnasset reū quib⁹ pecunia p̄missa fuerat.

<sup>1</sup> Probat seti  
meri à Verde  
ex actione  
Hortēsi, quē  
acriter inse-  
catur. Probati-  
o conjectu-  
ralis est ex  
adiunctis.

<sup>2</sup> Inuidiosē  
inducit Hor-  
tēsi, confitē-  
tē suam con-  
suetudinē in  
corrūpendis  
iudicijs quod  
acrius & festi-  
uius est in eū  
dē, quā si ipse  
loqueretur.  
Imitatur enī  
mōrē eorū,  
qui sua deli-  
cta leuius at-  
q; honestius  
proferunt.

<sup>3</sup> Id acriter  
notat Hortē-  
si improbam  
calliditatē in  
P. Lentulo Su-  
ra abioluen-  
do: in quo iu-  
dicio disco o-  
ribus cerista  
bellas d'ede-  
rat iudicibus,  
vt vnaquāq;  
prolatā ex ci-  
sta recogno-

Bons & occi- posse. i Huic ego homini iam ante denuntio, si à me  
sione minan- causam hanc vos agi volueritis, rationem illi defen-  
do. Horatio etiam iudices dendi totam esse mutandam, & ita tamen mutandā  
terret, & se commendat ut meliore & honestiore conditione sit, quām que  
Siculis, acri- ipse esse vult: ut imitetur homines eos, quos ipse vi-  
moniam suā dit amplissimos, L. Crassum & M. Antonium, qui  
demonstran- nihil se arbitrabantur ad iudicia, causasq; amicorū,  
do. præter fidem, & ingenium afferre oportere. nihil  
erit, quod me agente arbitretur iudiciū sine magno  
multorū periculo posse corrūpi. Ego in hoc iudicio  
mihi Siculorū causam receptam, popu. Rom. suscep-  
tum esse arbitror: ut mihi non unus homo impro-  
bus opprimendus sit, id quod Siculi petiuerunt: sed  
omnino omnis improbitas, id quod p. o. R. o. iādiu fla-  
git at, extinguedat, & q; delenda sit. In quo ego quid  
2 De se mode eniti, aut quid efficere possim, malo in aliorū spe  
Re loquitur. relinquere, quām in oratione mea ponere. Tu verò  
Cæcili quid potes? quo tempore, aut quā in re nō mo-  
dò specimē cæteris aliquod dedisti, sed tute tui peri-  
culū fecisti? In mente tibi non venit, quid negotij sit  
causam publicā sustinere? vitā alterius totā explicā-  
re: at q; eam non modò in animis iudicū, sed etiā in  
oculis, cōspectuq; omnīū exponere? sociorū salutē,  
commoda prouinciarū, vim legum, grauitatem iu-  
diciarum defendere? Cognosce ex me, quoniam hoc  
primum tempus discendi nactus es, quām multa es-  
se oporteat in eo, qui alterum accuset: ex quibus si  
vnum aliquod in te cognoueris, ego iam tibi ipse  
istuc

istuc quod expetis, mea voluntate cōcedā. Primum <sup>1</sup> Institutio eā  
 integritatem, atq; innocentiam singularem. nihil  
 est enim, quod minus ferendū sit, quam rationē ab  
 altero vitie reposcere eum, qui non possit suæ redi-  
 tione. Hic ego de te plura non dicam: unum illud cre-  
 do omnes animaduertere, te adhuc ab nullis nisi à  
 Siculis potuisse cognosci: Siculos hoc dicere, cum ei-  
 dem sint irati, cui tu te inimicum esse dicas, sese ta-  
 mente actore ad iudicium non affuturos. Quare ne  
 gent, ex me non audies: hos patere id suspicari, quod  
 necesse est. Illi quidem (ut est hominum genus nimis  
 acutum & suspiciosum) non te ex Sicilia literas in  
 Verrem deportare velle arbitrantur: sed cum iisdē  
 literis illius prætura & tua Questura consignata  
 sit, asportare te velle ex Sicilia literas suspicantur.  
 Deinde accusatōrē firmum verumq; esse oportet.  
 Eum ego si te putem cupere esse, facile intelligo  
 esse non posse. <sup>2</sup> Nec ea dico, que si dicam, tamen in <sup>2</sup> Preterito:  
 firmare non possis: te antequām de Sicilia decesser-  
 sis, in gratiam redisse cum Verre. Potam onem scri-  
 bam, & familiarem tuū retentū esse à Verre in pro-  
 uincia, cum tu decesseres: M. Cæcilium fratrē tuum  
 lectissimum, atq; ornatissimum adolescentem non  
 modò non adesse, neq; tecum tuas iniurias persequi:  
 sed esse cum Verre: cum illo familiarissimè, atque  
 amicissimè viuere. Sunt hæc & alia in te falsi accu-  
 satoris signa permulta: quibus ego nunc non utor.  
 hoc dico, te, si maximè cupias, tamen verum accu-  
 satorem

satorē eſſe non poſſe. Video enim permulta eſſe  
 crīmina, quorum tibi ſocietas cum Verre eiusmodi  
 eſt, ut ea in accusando attingere non audeas. Que  
 ritur Sicilia tota, C. Verrem ab oratoribus cū fru-  
 mētum ſibi in cellam imperauisſet, & cū eſſet tri-  
 tici modius H=S. I I, pro frumento in modios ſingu-  
 los duodenos feſtertios exegiſſe. Magnum crīmen,  
 ingens pecunia, furtum impudens, iniuria non ferē-  
 da. ego hoc uno crīmine illum condemnem neceſſe  
 eſt. Tu Cæcili quid facies? Vtrū hoc tātū crīmē p̄r-  
 termittes, an obiçies? Si obiçies: idne alteri crīmē-  
 ni dabis, quod eodem tempore in eadem prouincia  
 tu ipſe fecisti? audebis ita accusare alterum, ut quo-  
 minus tute condemnare, recuſare non poſſis? Sin  
 p̄rtermittes: qualis erit iſta tua accusatio, quæ do-  
 mestici periculi metu, certissimi & maximi crīmi-

<sup>2</sup> Hoc  
*epurixās*  
 dicitur, quaſi  
 aratoribus nō  
 ſoluendo, pe-  
 cunia publi-  
 ca perperce-  
 rit. Sed nihil  
 Verrem, graue me agente, te accusante nullū.  
 eras  
 minus, quia  
 eandem pecu-  
 niam auertit  
 ex qua etiam ſi cuperet Pr̄tor, tamē ne qua de-  
 Verres & for-  
 rassis cū Cæ-  
 cilio commu-  
 nicasit.  
<sup>2</sup> *enim tu* Quesṭor: pecuniam publicam tu tractabas:  
 ductio fieret magna ex parte tua potestas erat. Hu-  
 ius quoque igitur crīminis, te accusante, mentio  
 nulla fiet. Silebitur toto iudicio de maximis, &  
 notiſſimis illius furtis & iniurijs. <sup>2</sup> Mihi crede  
 Cæcili, non potest in accusando ſocios verè de-  
 fendere

sedere is, qui cū reo criminū societate cōiunctus est.  
 Mācipes à ciuitatibus pro frumento pecunia exegerūt.  
 Quid hoc Verre Prætore factū est solū nō, sed  
 etiā Quæstori Cæcilio. Quid igitur daturus es huic  
 criminī, quod ex potuisti prohibere ne fieret, ex de  
 buisti? an totum id relinques? Ergo id omnino  
 Verres in iudicio suo nō audiet, quod cūm faciebat,  
 quēadmodū defensurus esset, non reperiebat. Atq;  
 ego hæc quæ in medio posita sunt cōmemoro. Sunt  
 alia magis occulta furtæ: quæ ille, ut istius credo a= =  
 nimos, atq; impetus retardaret, eum Quæstori suo  
 benignissimè cōmunicauit. Hæc tu scis ad me esse de  
 lata: quæ si velim proferre, facile omnes intelligēt,  
 vobis inter vos nō modò volūtatē fuisse cōiunctā, sed  
 ne prædā quidē adhuc esse diuisam? Quapropter si  
 tibi iudicij postulas dari, quod tecū vñā fecerit, cō= =  
 cedo si id lege permittitur; sin autē de accusatione  
 dicimus, concedas oportet ijs, qui nullo suo peccato  
 impediuntur, quod minus alterius peccata demonstra= =  
 re possint. Ac vide, quātū interfuturū sit inter meā  
 atq; tuā accusationē. Ego etiā quæ tu sine Verre cō= =  
 misisti, Verre criminī daturus sum, quod te nō pro= =  
 hibuerit, cū summā ipse haberet potestatē: tu con= =  
 trā, ne quæ ille quidē fecit, obijcies, ne quæ ex parte  
 cōiunctus cū eo reperiare. Quid illa Cæciliæ cōtēnē  
 dāne tibi videntur esse, sine quibus causa sustineri,  
 presertim tāta, nullo modo pōt' aliqua facultas agē  
 di, aliquad cēdi consuetudo, aliqua in foro, iudicijs,  
 legibus,

1. Preteritio.

2 Neque in  
 omnibus causis impunitas  
 indicij dabantur, neq; per  
 sona senatoriæ indicium  
 profiteri poterat. Quare  
 cōtumeliosus  
 hoc dicit in  
 Cæciliæ, exag-  
 itans eū tam  
 quād eū hæ-  
 minem.

legibus, aut ratio, aut exercitatio? Intelligo quam  
 scopoloso, difficiliq; in loco verser. nam cū omnis  
 arrogantia odiosa est, tum illa ingenij, atque eloquē  
 tie multò molestissima. Quam ob rem nihil dico de  
 meo ingenio, neq; est quod possim dicere, neq; si es-  
 set, dicerem. aut enim id mihi satis est, quod est de  
 me opinionis, quidquid est: aut si id parum est, ego  
 maius id commemorando facere non possum. De te  
 Cæcili iam mehercule hoc extra hanc contentionē,  
 certamenq; nostrum familiariter tecum loquar. Tu  
 ipse quemadmodum existimes vide etiam atque e-  
 riā: & tu te collige & qui sis, & quid facere pos-  
 sis, considera. Putasne te posse de maximis, acerbissi-  
 misq; rebus, cū causam socrorum fortunasq; pro-  
 uinciae, ius populi Romani, grauitatem iudicij, legū  
 q; suscepis, tot res, tam graues, tam varias, voce,  
 memoria, consilio, ingenio, sustinere? Putasne te  
 posse, quæ C. Verres in Quæstura, quæ in legatio-  
 ne, quæ in Praetura, quæ Romæ, quæ in Italia, quæ  
 in Achaia, Asia, Pamphyliaq; patrarit, ea quemad-  
 modum locis, temporibusq; diuisa sint, sic criminib-  
 bus, & oratione distinguere? Putasne posse, id quod  
 in eiusmodi reo maxime necessarium est, facere, ut  
 quæ ille libidinose, quæ nefariè, quæ crudeliter fece-  
 rit, ea & quæ acerba, & indigna videātur esse ijs, qui  
 audient, atq; illis visa sunt, qui senserunt? Magna  
 sunt ea quæ dico. mihi crede, noli hæc contemnere:  
 dicenda, demonstranda, explicanda sunt omnia: cau-  
 sa non

-Sa non solum exponenda, sed etiam grauitate, copio  
 seq; agenda est: perficiendum est, si quid agere aut  
 perficere vis, ut homines te non solum audiant, ve-  
 rum etiam libenter, studioseq; audiant. In quo sit  
 multum natura adiuuaret, si optimis a pueritia di-  
 sciplinis atque artibus studiasses, et in his elaboras-  
 ses, si literas Graecas Athenis, non Lilybæi, Latinas  
 Romæ, non in Sicilia didicisses: tamen esset magnu-  
 tantam causam, tam expectatam, et diligentia con-  
 sequi, et memoria complecti, et oratione expone-  
 re, et voce, et viribus sustinere. Fortasse dices,  
 quid ergo haec in te sunt omnia? utinam quidem es-  
 sent: verum tamen ut esse possent, magno studio mi-  
 hi a pueritia est elaboratum. Quod si ego haec pro-  
 pter magnitudinem rerum ac difficultatem assequi  
 non potui, qui in omni vita nihil aliud egi: quam  
 longe tu te ab his rebus abesse arbitrare, quas non  
 modo antea nunquam cogitasti, sed ne nunc qui-  
 dem, cum in eas ingrederis, quæ et quantæ sint,  
 suspicari potes? Ego, qui sicut omnes sciunt, in fo-  
 ro iudicijq; ita verser, ut eiusdem etatis aut ne-  
 mo, aut pauci, plures causas defendent, et qui  
 omne tempus, quod mihi ab amicorum negotijs da-  
 tur, in his studijs, laboribusq; consumam, quo pa-  
 rator ad usum forensem, promptiorq; esse possem:  
 tamen ita deos mihi velim propitos, ut cum illius  
 dieci mihi venit in mentem, quo die citato reo mihi  
 dicendum sit, non solum commoucor animo, sed

i Vide quam  
 cautè & mo-  
 destè de se lo-  
 quatur. Non  
 enim sibi ar-  
 rogat, que de-  
 trahit Cæci-  
 lio, sed pro  
 eisdē labore  
 & studiū suū  
 substituit:  
 quæ cum nō  
 sint in Cæci-  
 lio, iam ipsa  
 re plus in se  
 quam in illo  
 estimandum  
 relinquit.

Amplificat etiam toto corpore perhorresco: iam nunc mena-  
 timorē suū, te, & cogitatione prospicio, quæ tum studia homi-  
 vt temerita- num, qui concursus futuri sint, quantam expecta-  
 tem Cæciliū acius arguat. tionem magnitudo iudicij sit allatura, quantam au-  
 ditorum multitudinem C. Verris infamia conci-  
 tatura, quantam denique audientiam orationi mee  
 improbitas illius factura sit. Quæ cùm cogito, iam  
 nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, qui  
 illi inimici infensiq; sunt, & expectatione om-  
 nium, & magnitudine rerum dignum eloqui pos-  
 sim. Tu horū nihil metuīs, nihil cogitas, nihil labo-  
 ras: & si quid ex vetere aliqua oratione, IO V E M  
 ego optimum Maximum, aut, V E L L E M, si fieri  
 potuisset, indices: aut aliquid eiusmodi ediscere po-  
 tueris, præclare te paratum in iudicium venturum  
 arbitraris. Ac si tibi nemo responsurus esset, ta-  
 men ipsam causam, ut ego arbitror, demonstrare  
 non posses. <sup>2</sup> Nunc ne illud quidem cogitas, tibi  
 Laudat Hor cum homine disertissimo, & ad dicendum paratiſſi-  
 teniū & Cx cillum terri- mo futurum esse certamen: quicum modò differen-  
 citas, oil dum, modò omni ratione pugnandum, certandumq;  
 ellī ai māp sit: cuius ego ingenium ita laudo, ut non pertime-  
 susputat. scam: ita probo, ut me ab eo delectari facilius, quam  
 decipi putem posse. Nunquam ille me opprimet cō-  
 filio: nunquam ullo artificio peruerteret: nunquam in-  
 genio me suo labefactare, atque infirmare conabi-  
 tur: noui omnes hominis petitiones, rationesq; dicē-  
 di: sape in iisdem, sape in contrarijs causis versati-  
 sumus.

sumus. Ita contra me ille dicet, quamuis sit ingenio  
 sus; ut nonnullum etiam de suo ingenio iudicium fie  
 ri arbitretur. Te vero Cæcili quemadmodum sit elu  
 surus, quam omni ratione iactaturus, videre iam vi  
 deor: quoties ille tibi potestatem, optionemq; factu  
 rus sit, ut eligas utrum velis, factum esse, necne:  
 verum esse, an falsum: utrum dixeris, id contra te  
 futurum: qui tibi æstus, qui error, que tenebre dij  
 immortales erunt, homini minime malo? 2 Quid,  
 cum accusationis tuae membra diuidere coepit,  
 & in digitis suis singulas partes causæ constitue  
 re? Quid, cum unumquodq; transigere, expedire, ab  
 soluere? Ipse profectò metuere incipies, ne innocē  
 ti periculum fac esseris. Quid, cum commiserari, cō  
 queri, & ex illius inuidia deponerare aliquid, & in  
 te traiçere coepit? commemorare Quæstoris cum  
 Prætore necessitudinē cōstitutam? morem maiorū?  
 fortis religionem? poteris ne eius orationis subire  
 inuidiam? Vide modo, etiam atque etiam confide  
 ram mihi enim videtur periculum fore, ne ille non  
 modo verbis te obruat, sed gestu ipso, ac motu cor  
 poris perstringat aciem ingenij tui, tèque ab institu  
 tis tuis, cogitationibusq; abducat. Atque huiusc e  
 rei iudicium iam continuò video futurum. Si enim  
 mihi hodie respondere ad hec, quæ dico, potueris?  
 si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis  
 ex alienis orationibus cōpositum dedit, verbo uno  
 discesseris: posse te, & illi quoque iudicio non

1 Hanc com  
 plexionē vo  
 cant Rheto  
 res, acre argu  
 mentationis  
 genus: vt si  
 pecunia exe  
 git profumē  
 to, tu parti  
 ceps fuisti: si  
 non exigit,  
 eur obiicis?  
 Vide exem  
 plū apud Gel  
 lium, de Pro  
 tagora & Eua  
 thlo.

2 Hic irridet  
 Hortensi, cō  
 suetudinē in  
 partieado,  
 quod itidem  
 facit pro  
 Quintio.

deesse, & causa atque officio tuo satisfacere arbitrabor. si mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrimo aduersario fore putemus.

**Occupatio.**

Esto: ipse nihil est, nihil potest: at venit paratus cum subscriptoribus exercitatis, & disertis. est tamen hoc aliquid: tametsi non est satis. omnibus enim rebus is, qui princeps in agendo est, ornatus & paratus esse debet. Veruntamen L. Apuleium esse video proximum subscriptorem, hominem non etate, sed usu forensi, atque exercitatione tyronem. Deinde (ut opinor) habet Allienum, hunc tamen à subsellijs: qui quid in dicendo possit, nunquam satis attendit: in clamando quidem video eum esse bene robustum, atque exercitatum. in hoc spes tuæ sunt omnes: hic, si tu eris actor constitutus, totum iudicium sustinebit. Ac ne is quidem tantum contendet in dicendo, quantum potest: sed consulet laudi, & existimationi tuæ: & ex eo, quod ipse potest in dicendo, aliquantum remittet, ut tutamē alii

**In fabulis**  
primarū partium persona  
erat, que se-  
pius in agen-  
do progre-  
diebatur. Se-  
cundarū qua-  
minus: & sic  
deinceps.

vidare. 2 Ut in actoribus Græcis fieri videmus, saepè illum qui est secundarum, aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maximè excellat: sic faciet Allienus tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet, quam potest. Iam hoc considerate, cuiusmodi accusatores in tanto iudicio simus habitui: cùm & ipse Allienus ex ea facultate, si quam ha-

bet, aliquantum detracturus sit: et Cæcilius tum denique se aliquid futurum putet, si Alienus minus uehementer fuerit, et sibi primas in dicendo partes concesserit. Quartum quem sit habiturus, non video, nisi quem forte ex illo grege oratorū, qui subscriptionem sibi postularunt, cuicunque vos delationem dedissetis, ex quibus alienissimis hominibus, ita paratus venis, ut tibi hospes aliquis sit recipiendus. 3 Quibus ego non sum tantum honorem habiturus, ut ad ea quæ dixerint, certo loco, aut singularim unicum respondeam. sic breuiter, quoniam non consultò, sed casu in eorum mentionem incidi; quasi præteriens satisfaciam vniuersis. Tantane vobis inopia videor esse amicorum, ut mihi non ex his, quos mecum adduxerim, sed de populo subscriptor addatur? vobis autem tanta inopia reorū est, ut mihi causam præripere conemini potius, quam aliquos à columna Menia vestri ordinis reos reperiatis? Custodem, inquit, Tullio me apponite. Quid: mihi quam multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero? qui non solum ne quid enunties, sed etiam ne quid auferas, custodientur. Sed de isto custode toto sic vobis breuiissime respondebo: non esse hostiles viros commissuros, ut ad causam tantam à me suscepam, mihi creditā, quisquam subscriptor me inuitō aspirare possit. Etenim fides mea custodem repudiat, diligentia specula

XII. q. torem  
uiris puniri solebant. Vide Asconium.

Sordidum  
genus causi-  
d corū signi-  
ficat, quos ob-  
turbatores  
vocabat, qui  
adhibebatur  
ad morari fa-  
ciendā dum  
meliores ad  
uocati recrea-  
rentur.

2 Ioco allu-  
dit ad nomē  
Alieni,

3 Digrreditur  
in subscripto-  
tores, quos re-  
pellēdo, obli-  
que deterret  
Cæciliū etiā  
a subscribēdi-  
sce: quoniam  
& subscriptio-  
nē sibi postu-  
lauerat Figura-  
ratus est loco

xar̄ iuφε  
cī, quia a-  
perte repellere  
Cæciliū a  
subscribēdo-  
nō decebat.  
Vide Fab. li.

9. Columna  
Menia in fo-  
ro erat, ad  
quā fures,  
& serui ne-  
quā à Triū-

torē reformidat. Verū ut ad te Cæcili redēā, quām  
multa te deficiant vides: quām multa sint in te, quæ  
reus nocens in accusatore suo cupiat esse, profectō  
iam intelligis.

**1. Occupat** que dīcurus est Cæcilius & reprehēdit. **2. Exagit** hominē tanquā peregrīnū. Nam pri-  
mo irridet hoc dictum Cæciliij, dein de pro se vti-  
tur, tertio reprehendit.

Quid ad hæc dici potest? non enim  
quero quid tu ducturus sis. video mihi non te, sed  
hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus  
hic tenet: qui si te recte monere volet, suadebit tibi,  
ut hinc discedas, neque mihi verbum ullum respon-  
deas. Quid enim dices? an id quod dictitas, iniuriam  
tibi fecisse Verrem? arbitror, neque enim esset ve-  
risimile, cum omnibus Siculis faceret iniurias, te illi  
unum eximum, cui consuleret, fuisse. Sed cæteri Si-  
culi ultorem suarum iniuriarum inuenerunt: tu dū  
tuas iniurias per te, id quod non potes, persequi co-  
narissid agis, ut cæterorum quoque iniuriae sint im-  
punitæ, atque inultæ. Et hoc te præterit, non id solū  
spectari solere, qui debeat, sed etiam illud, qui possit  
ulcisci. in quo utrumque sit, eum superiorem esse: in  
quo alterum, in eo non quid is velit, sed quid facere  
possit, queri solere.

**3. Conuerit** Cæciliij ratio nem in tuam  
partem. Quod si ei potissimum censes  
permitti oportere accusandi potestatem, cui maxi-  
mam C. Verres iniuriam fecerit: utrum tandem cen-  
ses hos iudices grauius ferre oportere, te ab illo es-  
se læsum, an prouinciam Siciliam esse vexatam, ac  
perditam? Opinor concedis, multo hoc et esse gra-  
uius, et ab omnibus ferrigravius oportere. Conce-  
de igitur, ut tibi anteponatur in accusando prouin-  
ciānam prouincia accusat, cum is agit causam, quæ  
sibi

sibi illa defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum,  
 actore totius cause adoptauit. At eam tibi C. Ver  
 res fecit iniuriā, quae cæterorū quoq; animos posset  
 alieno incomodo commouere inimicū: nam id quoq;  
 ad rem pertinere arbitror, qualis iniuria dicatur,  
 quæ causa iniuriarū proferatur. Cognoscite ex  
 me: nam iste eam profectō, nisi planè nihil sapit, nū  
 quam proferet. Agonis est quædam Lilybætana, li= riam f. etat  
elle Cæcilio  
& rem nar-  
rat. Centine-  
tur finitione.  
 berta Veneris Erycinæ, quæ mulier ante hunc Quæ  
 storem copiosa planè & locuples fuit. Ab hac præ  
 fectus Antonij quidam symphoniacos seruos abdu  
 cebat per iniuriam, quibus se in classe uti velle dice  
 bat. Tum illa, ut mos in Sicilia est omnium Venero  
 rum, & eorum qui à Venere se liberauerūt, ut præ  
 fecto illi religionem Veneris, nomenq; obijceret, di  
 xit & se, & omnia sua Veneris esse. Vbi hoc Quæ  
 stori Cæcilio viro optimo, & homini & quissimo nū  
 tiatum est: vocari ad se Agonidem iubet: iudicium  
 dat statim, si pateret eam se, & sua Veneris esse di  
 xisse. iudicant Recuperatores id quod necesse erat.  
 neque enim cuiquam dubium, quin illa dixisset. iste  
 in possessionem bonorum mulieris mittit: ipsam Ve  
 neri in servitutem adiudicat: deinde bona vendit: pe  
 cuniam redigit. Ita dum parca mancipia Veneris  
 nomine Agonis ac religione recipere vult, fortunas  
 omnes, libertatēq; suam istius iniuria perdidit. Lily  
 bæum Verres venit postea: rem cognoscit: factum  
 improbat: cogit Quæstorem suum pecuniam, quam

ex Agonidis bonis redigisset, eam mulieri omne  
 numerare, & reddere. <sup>1</sup> Est adhuc, id quod vos om-  
 nes admirari video: non Verres, sed Qu. Mutius,  
 quid enim facere potuit elegantius ad hominū exi-  
 stimationē? & quius ad leuandā mulieris calamitatē?  
 vehementius ad Questoris libidinem coērcendam?  
 Summè hæc omnia mihi videtur esse laudanda. Sed  
 repente è vestigio ex homine, tanquam aliquo Cir-  
 ceo poculo, factus est Verres:redit ad se, atque ad  
 mores suos. nā ex illa pecunia magnā partē ad se ver-  
 tit, mulieri reddidit quātulū visum est. Hic tu si le-  
 sum te à Verre esse dices, patiar, & concedam: si in-  
 iuriam tibi factam quereris, defendam, & negabo.  
 Deinde de iniuria, quæ tibi facta sit, neminē nostrū  
 grauiorē vindicem esse oportet, quam te ipsum, cui  
 facta dicitur. Si tu cū illo postea in gratiam redisti,  
 si domi illius aliquoties fuisti, si ille apud te postea  
 coenauit: utrum te perfidiosum, an prævaricatorem  
 existimari manus: video esse necesse alterutru. Sed  
 ego tecū in eo nō pugnabo, quò minus virū velis eli-  
 gas. Quid, si ne iniuriæ quidē, quæ tibi ab illo facta  
 sit, causa remanet: quid habes, quod possis dicere,  
 quāobrē nō modò mihi, sed cuiquā anteponare: nisi  
 forte illud, quod dicturū te esse audio, Questorē il-  
 lius fuisse. <sup>2</sup> quæ causa grauis esset, si certares me-  
 cū, uter nostrū illi amicior esse deberet. in cōtētione  
 suscipiēdarū inimicitarū, ridiculū est putare cau-  
 sam necessitudinis ad inferendum periculū iustum  
 videri

Alia ratio,  
 quam inuer-  
 tit contra Cx  
 ciliū.

vidēri oportere. <sup>1</sup> Etenim si plurimas à tuo præto= <sup>2</sup> Amplificat  
 re iniurias accepisses, tamen eas ferendo maiorem  
 laudem, quām ulciscendo mererere: cū verò nul= ab iniuriarū  
 lum illius in vita rectius factum sit, quām id, quod  
 tu iniuriam appellas: hi statuent hanc causam, quam  
 ne in alio quidem probarent, in te iustum ad necessi  
 tudinem violandam videris: qui si summam iniurianē  
 ab illo accepisti, tamen quoniam Questor eius fui  
 sti, non potes eum sine villa vituperatione accusare.  
 si verò nullatibi facta est iniuria, sine scelere cum  
 accusare non potes. Quare cum incertum sit de in= <sup>3</sup> Repetit in  
 iuria: quenquam esse horum putas, qui non malit te  
 sine vituperatione, quām cum scelere discedere? <sup>4</sup> uersionem &  
 At vide, quid differat inter meam opinionem, ac  
 tuam. tu cū omnibus rebus inferior sis, hac vna in  
 re te mihi anteferri putas oportere, quod Questor  
 illius fueris: ego, si superior cæteris rebus esses, te  
 hanc vnam ob causam accusatorem repudiari puta  
 rem oportere. Sic enim à maioribus nostris accepi= <sup>5</sup> probat exma  
 mus, Pætorem Questori suo parentis loco esse opor  
 tere: nullam neq; iustiorem, neq; grauiorē causam  
 necessitudinis posse reperiri, quām coniunctionem  
 fortis, quām prouinciae, quām officij, quām publicā  
 muneris societatē. Quamobrem si iure eum possis  
 accusare, tamen cū is tibi parentis numero fuisset  
 id pīè facere non posses: <sup>3</sup> cū verò neq; iniuriam <sup>3</sup> ærtiboris,  
 acceperis, & Prætori tuo periculum crees: fatearis in contentio  
 necessē est, te illi iniustum, impiumq; bellum infer= nem & in cer  
 tamē. <sup>4</sup> 5000

re condari. Etenim ista Quæstura ad eam rem valet,  
† quā obrē ut elaborandum tibi in ratione reddenda sit, † quā  
enī cui Quæ obrem, qui Quæstor eius fueris, accuses: non, ut ob-  
stor fueris, eam ipsam causam postulandum sit: ut tibi potis-  
accuses. simūm accusatio detur neq; ferè unquam venit in  
contētionē de accusando, qui Quæstor fuisset, quin  
repudiaretur. Itaq; neq; L. Philoni in C. Seruiliū no-  
minis deferendi potestas est data, neq; M. Aurelio  
Scauro in L. Flaccum, neq; Cn. Pompeio in T. Albu-  
tium: quorum nemo propter indignitatem repudia-  
tus est: sed ne libido violandæ necessitudinis autori-

**¶** Confert exētate iudicūm comprobaretur. **¶** Atq; ille Cn. Pom-  
pli similitudi- peius ita cum C. Iulio contendit, ut tu mecū: Quæ  
nem.

stor enim Albutij fuerat, ut tu Verris. Iulius hoc se-  
cū autoritatis ad accusandū afferebat, quod, ut hoc  
tempore nos ab Siculis, sic tū ille ab Sardis rogatus

**2** Redit ad confirmationem causae, & argumentatur ab honesto. ad causam accesserat. **2** Semper haec causa plurimum valuit: semper haec ratio accusandi fuit honestissima, pro sociis, pro salute provinciae, pro exterarum nationum comodis inimicitias suscipere, ad periculum accedere, operam, studium, labore interponere.

**3** Confirmat re. **3** Etenim si probabilis est eorum causa, qui iniurias suas persecuti volunt, qua in re dolori suo, non probabilis id est, laudabilis. Reip. cōmodis seruiūt: quanto illa causa honestior, que nō solū probabilis videri, sed etiā prata esse de-

4. Exemplum amicorū Po.Ro.dolore atq; iniurijs cōmoueri? 4 Nu  
honesti pa- per cū in P.Gabinijū vir fortissimus. & innocētis-  
trociñjū. Graue

sumus L. Piso delationē nominis postularet, & con-  
 trā Qu. Cæcilius peteret, isq; se veteres inimicitias  
 iādiu suscep̄tas persequi diceret: cū autoritas, & di-  
 gnitas Pisonis valebat plurimū, tū illa erat causa in-  
 stissima, quōd eū sibi Achæi patronū adoptarant.  
 Etenim cum lex ipsa de pecunijs repetūdis sociorū,  
 atq; amicorū Po. Ro. causa parata sit: iniquū est, nō  
 eū legis, iudicij q; actorem idonum maximē putari  
 quē actorem causæ suæ socij, defensoreq; fortuna-  
 rū suarum potissimum esse voluerunt. An quod ad  
 cōmemorandum est honestius, id ad probandum nō  
 multò videri debet æquius? Vtra igitur est splendi-  
 dior? utra illustrior commemoratio? <sup>2</sup> accusauit eū  
 quicum Questor fueram, quicum me sors, consue-  
 tudoq; maiorum, quicum me deorum hominumq; iu-  
 dicium coniunxerat: an, accusauit rogatu sociorum  
 atq; amicorum? delectus sum ab uniuersa prouincia,  
 qui eius iura, fortunasq; defenderem. Dubitare  
 quisquā potest, quin honestius sit, eorū causas apud  
 quos Questor fueris, quam eū, cuius Questor fue-  
 ris, accusare? <sup>3</sup> clarissimi viri nostræ ciuitatis tēpo;  
 ribus optimis hoc sibi amplissimū, pulcherrimumq;  
 ducebant, ab hospitibus, clientibusq; suis, ab exteris  
 nationibus, quæ in amicitia Po. Ro. ditionemque es-  
 sent, iniurias propulsare, eorumque fortunas defen-  
 dere. M. Catonem illum sapientem, clarissimum vi-  
 rū, & prudentissimū, cū multis graues inimicitias  
 gessisse accepimus propter Hispanorum, apud quos  
 Consul

Approbatio  
 qua refricat  
 firmamentum  
 confirmatio  
 nis. Rheto-  
 res com-  
 memorationem  
 vocant.

προσταπε-  
 τοις  
 inducit.

Exempla  
 patrocinio -  
 rum proclie-  
 tibus & ho-  
 spitibus.

Consul fuerat, iniurias nuper C. Domitium scimus  
 decimo Syllano die dixisse propter unius hominis  
 Egritomari paterni amici, atq; hospitis iniurias. 1  
 Neq; enim magis animos hominū nocentiu res un-  
 quā ulla cōmouit, quā hec maiorū consuetudo lon-  
 & Cēciliij re-  
 spicit.  
 gō interuallo repetita, atq; relata. sociorū querimo-  
 niæ delatæ ad hominē nō inertissimum: suscep te ab  
 eo, qui videbatur eoru fortunas fide, diligētiaq; sua  
 posse defendere. Hoc timent homines, hoc laborant,  
 hoc institui, atq; adeò institutū referri, ac renouari  
 molestè ferunt. putat fore, uti, si paulatim hæc con-  
 suetudo serpere, ac prodire cœperit, per homines  
 honestissimos, virosq; fortissimos, non imperitos  
 adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, le-  
 ges, iudiciaq; administrarētur. Cuius consuetudinis  
 atq; instituti patres, maioresq; nostros non pœnite-

2 Exempla  
 gnorū viro-  
 bū, qui nocen-  
 tes ciues ac-  
 ensabant.  
 bat tū, 2 cùm P. Lentulus, is, qui princeps Senatus  
 fuit, accusabat M. Aquiliū, subscriptore C. Rutilio  
 Rufo; aut cū P. Africanus homo virtute, fortuna,  
 gloria, rebus gestis amplissimus, postea quam bis  
 Cōsul, & Cēsor fuerat, L. Cottā in iudiciū vocabat.

3 Laudat ve-  
 terē morem  
 Reip. & acri-  
 ter repellit  
 iniuidiam ac-  
 cusationis,  
 quam aduer-  
 sarij moue-  
 bant.  
 Iure tū florebat populi Romani nomē: iure autori-  
 tas huius imperij, ciuitatisq; maiestas grauis habe-  
 batur. 3 nemo mirabatur in Africano illo, quod in  
 me nūc homine paruis opibus ac facultatibus pre-  
 dito simulant se mirari, cū molestè ferat. Quid si  
 bi iste vult? accusatoremne se existimari, qui antea  
 defendere consuecerat? nūc præsertim, ea īā etate,

cum Aedilitatē petat? Ego verò ex etatis nō modo  
meæ, sed multò etiā superioris, & honoris amplissi-  
mi puto esse, & accusare improbos, & miseris ca-  
lamitatisq; defendere. Et profectò aut hoc reme-  
diū est & grotæ, ac propè desperatæ Reip. iudicijsq;  
corruptis, ac contaminatis paucorū vitiis, ac turpi-  
tudine, homines ad legum defensionē, iudiciorumq;  
autoritatē, quām honestissimos & integerrimos, di-  
ligentissimosq; accedere: aut, si ne hoc quidē prodes-  
se poterit, profectò nulla vñquā medicina his tot in  
commodis reperietur. Nulla salus Reip. maior est,  
quām eos, qui alterū accusant, non minus de laude,  
de honore, de fama sua, quām illos, qui accusantur,  
de capite ac fortunis suis pertimescere. Itaq; sem-  
per iij diligētissimè, laboriosissimèq; accusarūt, qui  
se ipsos in discriminē existimationis venire arbitra-  
ti sunt. Quāobrē hoc statuere Iudices debetis, Qu.  
Cæciliū, de quo nulla vñquā opinio fuerit, nullaq;  
in hoc ipso iudicio expectatio futura sit, qui neque,  
ut antè collectā famā conseruet, neq;, ut reliqui tē-  
poris spem confirmet, laborat; non nimis hanc cau-  
sam severè, nō nimis accurate, non nimis diligenter  
acturū. habet enim nihil, quod in offenditione deper-  
dat: ut turpissimè, flagitiosissimèq; discedat, nihil  
de suis veteribus ornamentis requiret. A nobis mul-  
tos obsides habet popul. Roman. quos vt incolumes  
conseruare, tueri, confirmare, ac recuperare pos-  
simus, omni ratione erit dimitandum: habet hono-  
rem,

Concludit  
conferendo  
se cum Cœci-  
lio uter dilig-  
gentius accu-  
saturus sit.

rem, quem petimus: habet spem, quam propositam  
nobis habemus: habet existimationem multo sudore  
labore, vigilijsq; collecta: ut si in hac causa nostrū  
officium, ac diligentiam probauerimus, hæc quæ di-  
xi, retinere per P.R. in columia ac salua possimus: si  
tantulum offendit, titubatumq; sit, ut ea quæ sin-  
gulatim, ac diu collecta sunt, uno tempore uniuersa

**¶ Remouet perdamus.** **i** Quapropter Iudices vestrum est deli-  
merū inuidie in senatoriū gere, quem existimetis facillime posse magnitudinē  
ordinem, si causæ, ac iudicij sustinere fide, diligentia, consilio,  
hæc causa negligenter a-  
utoritate. **V**os si mihi **Qu.** Cæcilium anteposueri-  
tis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: **Po.**  
**R**om. ne tam honestam, tam scueram, diligentemq;  
accusationem neque vobis placuisse, neq; ordini ue-  
stro placere arbitretur, prouidete.

## ACTIONIS IN VERR- REM SECUNDÆ AR- GVMENTVM.

**V**icto Cæcilio, & accusatione ad se dela-  
ta, petit hac oratione Cicero, ut prop-  
ter fraudem aduersariorum, qui eludendi iu-  
dicij causa, in futurum Hortensij ac Metelli  
Consulatus annum, omne negotium pro-  
trahebant; perpetua sibi oratione abstinere  
liceat, ne tempus dicendo extrahatur: & cri-  
mina singulatim exponere, & ad vnumquod  
que

que testes producere, eosque Hortensio interrogandos dare; quod totum iudicium intra certum tempus peragatur. Quia quidem in arte adeo Hortensius (qui Verrem defendendum susceperebat) stupefactus dicitur, ut rationem defensionis omitteret; adeo perculsus Verres, ut desperato patrocinio sua sponte in exilium abiret. Cæterum Oratio ipsa Iudicialis est, & statum habet negotialem ex qualitate iuris; An videlicet iustum petat Cicero. hoc est, an ei permittendum sit, ut hoc modo agat.

1 Orditur & commendatione officijs sui in subleuanda iudiciorum infamia. Primo rem proponit gratulando iudicibus, deinde narrando explanat.

2 i. maxime necessario, opportunissimo.

3 Quintus tñ bunus plebis accendebat inuidiam dñ natus propter dñnatum Oppianicū, quem ipse defenderat. A rel. Couz promulgata degem, de re situēdis iudicijs Eque stri ordini, quiante Syl fax viginti annis incorruptè iudicaverant.

## ACCVSATIONIS IN C. VERREM

L I B E R . II.

**V** O D<sup>1</sup> erat optādū maximè iudices, et quod viñ ad inuidiā vestri ordinis, infamiaq; iudiciorū sedā, maximè pertinebat: id non humano cōsilio, sed propè diuinitus datū, atq; oblatū vobis<sup>2</sup> summō Reip. tēpore videatur. Inueterauit enim iā opinio pernicioſa Reip. vobisq; periculosa. quæ nō mō Rome, sed et apud exteras nationes omniū sermonē percerebuit, his iudicijs, quæ nūc sint, pecuniosum hominē, quāuis sit no cēs, neminē posse dānari. Nunc in ipso discriminū ordinis, iudiciorūq; vestrorū, cūm sint, parati, qui concio-

concionibus & legibus hanc inuidiam Senatus in-  
 flammare conentur, reus in iudicium adductus est  
 C. Verres, homo vita atq; factis, omnium iam opi-  
 nione damnatus: pecuniae magnitudine, sua spe, ac  
 prædicatione absolutus. Huic ego causæ iudices oñ  
 summa voluntate, & expectatione populi Romani  
 actor accessi, non ut augerem inuidiam ordinis, sed  
 a Communè infamiae communi succurrerem. adduxi enim  
 infamia vo- hominem, in quo reconciliare existimationem iudi-  
 cat, quia & ciorum amissam, redire in gratiam cum Po. Roma.  
 ipse senator satisfacere exteris nationibus possetis: depeculato-  
 erat obati rem ærarij, vexatorem Asie atque Pamphyliæ, præ  
 donem iuris urbani, labem atque perniciem prouin-  
 ciæ Siciliæ. De quo si vos seuerè, religioseq; iudica-  
 ueritis, autoritas ea, quæ in vobis remanere debet,  
 hæredit. sin istius ingentes diuitiae iudiciorum reli-  
 gionem, veritatemq; perfregerint: 2 ego hoc tamen  
 Monet tac- assequar, ut iudicium potius Reipublicæ, quam vt  
 ta intermina- reus iudicibus, aut accusator reo defuisse videa-  
 zione. tur. 3 Evidem ut de me confitear iudices, cū multæ  
 Ostèdit ver- rem conari mihi à C. Verre insidiæ terra, mariq; factæ sint,  
 rem corrupere iu- dicium, quod quas partim mea diligentia deuitarim, partim ami-  
 primo pro- corum studio, officioq; repulerim: nunquam tamen,  
 bat ex dictis & factis illi neq; tantum periculum mihi adire visus sum, neque  
 deinde & cri- tant opere pertimui, ut nunc in ipso iudicio. Neque  
 minū magni- tantum me expectatio accusationis meæ, concursus  
 medine. q; tantæ multitudinis, quibus ego rebus vehemen-  
 tissime perturbor, commouet, quantum istius insi-  
 die

die nefarie, quas uno tempore mihi, vobis, M. Glabri-  
oni prætori, socijs, exteris nationibus, ordinis, no-  
mini denique Senatori facere conatur, qui ita di-  
ctat ijs esse metuendum, qui quod ipsis solis satis  
esset, supripuisse; se tantum rapuisse, ut id multis sa-  
tis esse possit: nibil esse tam sanctum, quod non vio-  
lari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecu-  
nia posset. Quod si quam audax est ad conandum,  
tam esset obscurus in agendo, fortasse aliqua in re  
nos aliquando fefelleret: verum hoc adhuc percom-  
modè cedit, quod cum incredibili eius audacia sin-  
gularis stultitia coniuncta est. Nam ut apertus in  
corripiendis pecunijs fuit, sic in spe corrumpendi iu-  
dicij perspicua sunt consilia, conatusq; omnibus fe-  
cit. Semel ait se in vita pertinuisse, tū cum primum  
reus à me factus sit: quod, cum ē prouincia recentis  
esset, inuidiaq; ex infamia nō recenti, sed vetere ac  
diuturna flagraret, tum ad iudicium corrumpendum  
tempus alienum offendiceret. Itaq; cum ego diē in Si-  
cilia inquiredi per exigua postulauisse, inuenit iste  
qui sibi in Achalam biduo breviorē diē postularet:  
non ut is idem conficeret diligentia, ex industria  
sua, quod ego meo labore ex vigilijs consecutus  
sum. Etenim ille Achaeicus inquisitor ne Briundisii  
quidem peruenit: ego Siciliam totam quinquaginta  
diebus sic obij, ut omnium populorum priuatorūq;  
literas, iniuriasq; cognoscerem: ut perspicuum cuius  
esse posset, hominem ab isto quæsitum esse, non qui

reum suum adduceret, sed qui meum tempus obside-  
ret. Nunc homo audacissimus, atque amentissimus  
hoc cogitat: intelligit me ita paratum, atque instru-  
atum in iudicium venire, ut non modo in auribus  
vestris, sed in oculis omnium sua fulta, atque flagi-  
tia defixurus sim. Videt senatores multos esse te-  
stes audacie sue: videt multos equites Romanos,  
frequentes præterea ciues, atque socios, quibus ipse  
in signes iniurias fecerit: videt etiam tot graues ab  
amicissimis ciuitatibus legationes cum publicis au-  
toritatibus, ac testimonij conuenisse. Que cum ita  
sint, usque eò de omnibus bonis male existimat: usq;  
eò Senatoria iudicia perdita, profligataq; esse arbi-  
tratur, ut hoc palam dictaret, non sine causa se cupi-  
dum pecunie fuisse, quoniam tam in pecunia præ-  
sidium experiatur esse: sese ( id quod difficillimum  
fuerit) tempus ipsum emisse iudicij sui, quo cætera  
facilius emere posset: ut quoniam criminum vim  
subterfugere nullo modo poterat, procellam tēpo-  
ris deuitaret. Quod si non modo in causa, verum in  
aliquo honesto præsidio, aut in alicuius eloquentia,  
aut gratia spem aliquam collocasset, prefectò non  
hæc omnia colligeret, atque auduparetur: non usq;  
eò despiceret, contemneretq; ordinem Senatorium,  
ut arbitratu eius deligeretur ex Senatu, qui reus fie-  
ret: qui, dum hic quæ opus essent, compararet, cau-  
sam interea ante eum diceret. Quibus ego rebus  
quid iste speret, & quod animum intendat, facile  
perspicit.

Ex tempo-  
re coniecurā  
confirmat.

perspicio. 1 quamobrem verò se confidat aliquid  
 perficere posse hoc Glabrone Praetore, & hoc cō-  
 filio, intelligere non possum. vijum illud intelligo,  
 quod t̄ pr̄etor in reiectione iūdicūm iūdicavit, ea  
 spē istum fuisse p̄reditum, ut omnem rationem sa-  
 lutis in pecunia poneret: hoc erepto p̄esidio, ut  
 nullam sibi rem adiumento fore arbitraretur. 2 Et = 2 Probat con-  
 enim quod est ingenium tantum? quae tanta facul-  
 tas dicendi & copia, quae istius vitam tot vitijs fla-  
 gitijsc; conuictam, iampridem omnium voluntate  
 iudicioq; damnatam, aliqua ex parte possit defen-  
 dere? Cuius ut adolescentiae maculas ignominiasq;  
 p̄eteream. Quæstura primus gradus honoris  
 quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem spoliatum  
 à Quæstore suo pecunia publica iudatum, & pro-  
 ditum consulem: desertum exerceitum? relictam  
 prouinciam? sortis neceſitudinem, religionemq;  
 violatam? cuius legatio exitium fuit Asiae totius?  
 & Pamphyliae: quibus in prouincijs multas do-  
 mos, plurimas urbes, omnia fana depeculatus est,  
 cum in Cn. Dolabellam scelus suum illud pristi-  
 num renouauit & instaurauit Quæstorum, cum  
 eum, cui legatus, & pro Quæstore fuisset, &  
 in inuidiam suis maleficijs adduxerit, & in ipsis pe-  
 riculis non solum deseruit, sed etiam oppugnauit,  
 ac prodidit, cuius 3 Prætura urbana ædium sacra-  
 rum fuit, publicorumq; operum depopulatio: si-  
 mul in iure dicendo honorum possessionumq; cōtra-

1 Remouet  
 spēm corru-  
 ptoris à iudi-  
 cūm estu-  
 lia.

† Pop. Ro.

2 Probat con-  
 silium corru-  
 ptionis ex  
 criminū ma-  
 gnitudine.

Quo in loco  
 singulari arti-  
 ficio capita  
 omnia breui-  
 ter & crimi-  
 nose comme-  
 morans, exhibe-  
 tet specimen  
 accusationis  
 suæ si sibi per  
 petua oratio-  
 ne ut lice-  
 ret. In come-  
 morando ser-  
 uat temporiū  
 ordinatim.

3 Enumera-  
 do seruat di-  
 visionem cri-  
 minum Præ-  
 turæ urbanae,  
 quæ postea  
 in eadē actio-  
 ne persequi-  
 tur.

omnium instituta addictio, & cōdonatio. Iam verò omnium vitiorum suorum plurima & maxima cōstituit monumenta & indicia in prouincia Sicilia: quam iste per triennium ita vastauit, vexauit, ac perdidit, ut ea restitui in antiquum statū nullo modo possit: vix autem per multos annos, innocentesq; prætores aliqua ex parte recreari aliquando posse videatur. Hoc Prætore Siculi neque suas leges, neq; nostra Senatus consulta, neque communia iurata= nuerunt: tantum quisque habet in Sicilia, quantum hominis auarissimi, & libidinosissimi aut impruden= tiam subterfugit, aut satietati superfuit. Nulla res per triennium, nisi ad nutum istius, iudicata est: nul= la restam patria cuiusquam atque auita fuit, quæ non ab eo, imperio istius adiudicaretur.

<sup>1</sup> Enumerat genera crimi= num p. atu= re Siciliensis de iure dicen= do, de re fru= mentaria, de = signis, de sup= plicijs, que= quatuor po= ste a libris ex= plicantur.

Innume= rables pecuniae ex aratorum bonis nouo nefarioq; instituto coactæ: socij fidelissimi in hostium nume= ro existimati: ciues Romani seruilem in modum cruciati, & necati: homines nocentissimi propter pecuniam iudicio liberati, honestissimi atque inte= gerrimi absentes rei facti, indicta causa damnati & eicti: portus munitissimi, maxime, tutissimæq; urbes piratis, prædonibusq; patefactæ, nautæ, mi= litesq; Siculorum, socij nostri, atque amici fame ne= cati: classes optimæ, atque opportunissimæ cum ma= gna ignominia popu Rom. amisse, & perditæ. Idem iste Prætor monumenta antiquissima partim Regum locupletissimum, que illi ornamento vr= bibus

bibus esse voluerunt, partim etiam nostrorum Imperatorum, quæ victores ciuitatibus Siculis aut derunt, aut reddiderunt, spolauit nudavitq; omnia. Neque hoc solum in statutis, ornamentisq; publicis fecit: sed etiam delubra omnia sanctissimis religionibus consecrata depeculatus est: deum denique nullum Siculis, qui ei paulò magis affabré, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. In stupris verò & flagitijs nefarias eius libidines commemorare, pudore deterreor: simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberor, coniugesq; suas integras ab istius petulantia conseruare non licitum est. At enim hæc ita commissa sunt ab isto, ut non cognita sint ab omnibus. Hominem esse arbitror neminem, qui nomen istius audierit, quin facta quoq; eius nefaria commemorare possit: ut mihi magis timendum sit, ne multa crima pretermittere, quam ne qua in istum fingere existimeret. Neq; enim mihi videtur hec multitudo, quæ ad audiendum cōuenit, cognoscere ex me causam voluisse: sed ea quæ scit, necu recognoscere. Quæ cum ita sint, iste homo amens ac perditus alia mecum ratione pugnat: non id t̄ agitur, ut alicuius eloquētia mihi opponat: non gratia, non autoritate cuiusquam, non potentia nititur: simulat, his se rebus considerere: sed video quid agat (neque enim agit occultissime) proponit inania mihi nobilitatis, hoc est, hominum arrogantium nomina, qui non tam me impediunt, q;

Conoludit  
hunc locum,  
& ad alia trā  
fir.

nobiles sunt, quam adiuuant q̄ noti sunt: simul at se  
 eorum pr̄esidio confidere, cum interea aliud quid=

• Probata de dam iamdiu machinetur. Quam spem nūc habeat  
 speratione in manibus, & quid moliatur, breuiter iam Iudices  
 Verris in cau sa, deinceps exponam: sed prius ut ab initio res ab eo constituta  
 demonstrat sit, queso cognoscite. Ut primū ē prouincia rediſt,  
 quomodo co netur iudiciū redemptio est huius iudicij facta grandi pecunia:  
 eludere: & rē mansit in conditione atq; pacto vsq; ad eum finē,  
 paulo altius, repetit. To dum iudices reiecti sunt. posteaquam reiectio iudi=

tum narratio cū facta est, q̄ & in sortitione istius spem fortuna  
 ne explica= Popu. Roma. & in reiſciendis iudicibus mea diligē=

tur, quæ cer= ta signa & ar gumenta cō ta conditio. Preclarè se res habebat: libelli nominū  
 tinet. vestrorum, consilijs huius in manibus erant om=

2 Hæc quan niū: 2 nulla nota, nullus color, nullæ sordes videbā  
 uis figuratè tur his sententijs allini posse: cū iste repente ex  
 dicantur de improbatōe alacri atq; letō, sic erat humilis, atque demissus, vt  
 sentētiarum, non modò populo Roma. sed etiam sibi ipse cōdēna  
 tamē oblique dirigūtur in tus videretur. Ecce autem repente, his diebus pau= Hortensium, cis, comitijs Consularibus factis, eadem illa vetera  
 qui in iudi= cōsilia pecunia maiore repetuntur, eademq; vestræ  
 cōsilio quodam tabellas di famie, fortunisq; omnium insidiæ per eosdem homi scoloribus, ee nes comparantur. Quæ res primò iudices pertenui  
 ris notauerat.

nobis argumento indicioq; patefacta est: pōst aper  
 to suspicione introitu ad omnia intima istorum cō  
 silia sine ullo errore peruenimus. Nam vt Horten= fias & o.s. designatus domum reducebatur ē campo  
 cum maxima frequentia à multitudine: fit obuiam  
 casu

casu ei multitudini, C. Curio: quem ego hominem  
 honoris potius, quam contumelia causa nominat-  
 tum volo. Etenim ea dicam, quae ille, si cōmemorari  
 noluisse, non tanto in conuentu, tam aperte, palam  
 que dixisset; quae tamen à me pedetentim, cauteq; di-  
 centur: ut ex amicitiae nostrae, ex dignitatis illius  
 habita ratio esse intelligatur. Videt ad ipsum fornici-  
 em Fabianum in turba Verrem: appellat hominem,  
 ex ei voce maxima gratulatur: ipsi Hortensio, qui  
 Consul erat factus, propinquus, necessarijsq; eius,  
 qui tum aderant, verbum nullum facit: cum hoc cō-  
 fessit, hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse.  
 Renūcio, inquit, tibi, te hodiernis comitijs esse abso-  
 lutum. Quod cum tam multi homines honestissimi  
 audissent, statim ad me defertur: inò vero, ut quis-  
 que me viderat, narrabat, alijs illud indignum,  
 alijs ridiculum videbatur: ridiculum ijs, qui istius  
 causam in testium fide, in criminū ratione, in iudicū  
 potestate, non in comitijs Consularibus positam ar-  
 bitrabantur: indignū ijs, qui altius perspiciebat, ex  
 hanc gratulationem ad iudicium corrumpendū spe-  
 etare videbant.<sup>2</sup> Etenim sic ratiocinabatur, sic ho-  
 nestissimi homines inter se, ex mecum loquebatur, a-  
 pertè iā ex perspicue nulla esse iudicia: qui reus pri-  
 die iam ipse se condemnatum putabat, is, postea  
 quam defensor eius Consul est factus, absolui-  
 tur. Quid igitur: quod tota Sicilia, quod omnes  
 Siculi, omnes negotiatores, omnes publicæ, priua-  
 tæq;

1 Interfatio  
 ne vitæ offen-  
 sionem, quia  
 odiosum e-  
 rat aliquid no-  
 minari in iu-  
 dicio.

2 Inducie  
 πεσαντο-  
 πουεν  
 & vicandæ  
 offensionis,  
 & mouendi  
 causa. Nā cu-  
 ram & metu  
 conatur ini-  
 cere iudici-  
 bus.

teq; littere Romæ sunt, nihilne id valebit? nihil, in ui-  
to C. o. s. designato? Quid Iudices? non crimina, nō  
testes, non estimationem popu. Roma sequentur?  
num omnia in unius potestate ac moderatione ver= tentur? Verè loquar Iudices, vehementer me hæc res commouebat. optimus enim quisque ita loquebatur: Iste quidem tibi eripietur: sed nos non tenebimus iudicia diutius. etenim quis poterit Verre ab solo de transferendis iudicijs recusare? Erat omnibus molestum: neque eos tam istius hominis perditis subita letitia, quam hominis amplissimi noua gratulatio commouebat. Cupiebam dissimulare me id

<sup>z</sup> Aliud signum ex gratulatione de Metello prætore designato. Metello obtigisset, ut is de pecunijs repetundis quæ-

re, & taciturnitate celare. ecce autem illis ipsis diebus, cum Praetores designati sortirentur, & M. Metello obtigisset, ut is de pecunijs repetundis quæ reret: nuntiatur mihi, tantam isti gratulationē esse factam, ut is domū quoq; pueros mitteret, qui uxori suæ nuntiarent. Sanè ne hæc quidem res mihi placet: neq; tant opere quid in hac sorte metuendum mihi esset, intelligebam: unum illud ex hominibus certis, ex quibus omnia comperi, reperiebam: fiscos complures cum pecunia Siciliensi à quodam Senatore ad Equitē Romanū esse translatos: ex his quasi x. fiscos ad Senatorē illū & relictos esse comitiorū nomine: diuīsores omniū tribū noctu ad istū vocatos. Ex quibus quidam, qui se omnia mea causa face re debere arbitrabatur, eadē illa nocte ad me venit:

demon=

demonstrat, qua iste oratione r̄sus esset: commemo-  
rasse istum quām liberaliter eos tractasset etiā an-  
tea, i cū ipse Pr̄eturam petisset, & proximis Cō<sup>1</sup> Significare  
salaribus, p̄tectorijsq; comitijs: deinde continuo esse  
pollicitum, quantum vellent pecuniae, si me Aedilita-  
te deieciissent: hic alios negasse audere, alios respon-  
disse, non putare id perfici posse: inuentum tamen  
esse fortē amicum ex eadem familia Qu. Verrem  
Romilia, ex optima diuisorū disciplina, patris istius  
discipulum atque amicum, qui H-S. quingētis milli-  
bus depositis, id se perfecturū polliceretur: & fui-  
se tamen nonnullos, qui se vna facturos esse dicerēt.  
quæ cum ita essent, sane beneuolo animo me, vt ma-  
gnopere cauerem, pr̄emonebat. Solicitabar rebus  
maximis uno, atque eo per exiguo tempore. vrgē-  
bant comitia, & his ipsis oppugnabat grandi pecu-  
nia. instabat iudicium: ei quoque negotio fisci Sici-  
lienses minabantur. agere quæ ad iudicium pertine-  
bant liberē, comitorum metu deterrebar: petitioni  
toto animo seruire propter iudicium non licebat.  
minari deniq; diuisoribus ratio non erat, propterea  
quod eos intelligere videbam, me hoc iudicio distri-  
ctum atque obligatum futurum. Atq; hoc ipso tem-  
pore Siculis denuntiatum esse audio, primū ab Hor-  
tensio, domum ad illum ut venirent: Siculos in eo sa-  
nè liberos fuisse, qui, quamobrem accerseretur, cū  
intelligerent, non venissent. Interea comitia nostra,  
quorum iste se, ut cæterorum hoc anno comitorū,

**1** Hoe ad im-  
 probatio-  
 nē filii, & ad vi-  
 tuperatio-  
 nē patris dici-  
 tur, qui illum  
 corrūpi pas-  
 sus sit. Gratio-  
 sum enim ad  
 copiam amico-  
 rum pertinet  
 zurpi obse-  
 quio conci-  
 listorum.  
**2** Hoe  
 & paterix-  
 t'gws  
 dicit, & latē-  
 ter significat  
 etiā sibi pre-  
 mia praevari-  
 luntatis eiusmodi, ut isti pro prerogatiis iam red-  
 didisse videatur. **3** Colligit  
 summā nar-  
 rationis, &  
 existimauistis? & in tanto Reipub. existimationis=  
 porrò confir-  
 mat.  
**4** Aetiologya  
 est faceta,  
 quia prae-  
 gatua & liberalitatis est & suffragationis: liberalitatis in Metello, qui  
 pro Verre conatus est Siculos ab accusatione deterrere: suffragationis in  
 Verre, qui pecunia sua Centurias prerogatiwas Metello comparavit.  
 Nam hoc significat Cicero. Propriè prerogatiwum est quod ante legit-  
 imum beneficium liberaliter impendi ur, siue id factio siue dicto fiat. Vi-  
 de Ascon. **5** & t'degazt'vors, que est dicti atrocioris confirmatio, causa  
 eius subiecta, cum increpatione, ne maledicere videatur. Est igitur reme-  
 dium contra iniuste existimationem.

gnatus Siculos: veniūt nōnulli, propterea quod tū. + Q. Metel  
 Metellus esset prætor in Sicilia: cum ijs ita loqui-  
 tur, se Consulem esse, fratrem suum alterū Siciliā  
 prouincia obtainere, alterū esse quæsiturū de pecu-  
 nijs repetundis: Verri ne noceri possit, multis ra-  
 tionibus esse prouisum. Quid est quæso Metelle in-  
 diciū corrūpere, si hoc non est testes, præsertim Si-  
 culos timidos homines, & afflitos, nō solum auto-  
 ritate deterrere, sed etiā Consulari metu, & duoru  
 Prætorū potestate? Quid faceres pro homine inno-  
 cente, & propinquo, cū propter hominē perditissi-  
 mū atq; alienissimum de officio, ac dignitate dece-  
 dis, & committis, vt quod ille dictitat, alicui qui te-  
 ignorat, verum esse videatur? Nam hoc Verrē dice-  
 re aiebant, te non fato, vt cæteros ex vestrā fami-  
 lia, sed opera sua Cōsulē factū. Duo igitur C O S S.  
 & quæsitores erunt ex illius volūtate. Nō solum ef-  
 fugiemus, inquit, hominē in querēdo nimiū diligen-  
 tē, nimiū seruītē populi existimationi, M. + Gla-  
 brionem: accedet nobis etiam illud: iudex est M. Cæ-  
 sonius Collega nostri accusatoris, homo in rebus  
 iudicandis spectatus, & cognitus: quem minimē ex  
 pediat esse in eo consilio, quod conemur aliqua ra-  
 tione corrumpere. propterea quod iam antea, cūm  
 iudex in Iuniano consilio fuisset, turpisimum illud + Glabrio-  
 facinus non solum grauiter tulit, sed etiam in me- nem : sed  
 dium protulit. hunc iudicem ex Calē. Ian. nō habe= acce-  
 bimus. Q. Manliū, & Q. Cornificium duos seueris-  
 simos,

l. Cōtumelio  
 sè hoc, allu-  
 dens ad versi-  
 culū Nzui.  
 Fato Metelli,  
 Romē sunt  
 Cōsules. Cui  
 tum Metel-  
 lus consul  
 wægadixws  
 respōdit. Da  
 bunt malum  
 Metelli Na-  
 uio poeta.

ludo, atque integerrimos iudices, quod Tribu. ple-  
 bis tum erunt, iudices non habebimus. P. Sulpitius  
 iudex tristis, & integer magistratum ineat necesse  
 est Nonis Decembr. M. Crepereius ex accerrima il-  
 la Equestri familia, & disciplina, L. Cassius ex fa-  
 milia tum ad ceteras res, tum ad iudicandum seue-  
 rissima, Cn. Tremellius homo summa religione, &  
 diligentia: tres hi homines veteres Trib. militares  
 sunt designati, ex Calen. Ianua. non iudicabunt. Sub-  
 sortiemur etiam in M. Metelli locum: quoniam is  
 huic ipsi questioni prefuturus est. Ita secundum Ca-  
 lend. Ianua. & Praetore, & propè toto consilio cō-  
 mutato, magnas accusatoris minas, magnamque iu-  
 dicij expectationem ad nostrum arbitrium, libidi-  
 nesq; eludemus. Nonæ sunt hodie Sextiles: hora  
 nona conuenire cœpistis: hunc diem iam ne nume-  
 rant quidem. Decem dies sunt ante ludos votuos,  
 quos Cn. Pompeius facturus est. hi ludi dies quindecim  
 auferēt: deinde continuò Romani consequētur.  
 Ita propè x L. diebus interpositis, tū deniq; se ad ea,  
 quæ à nobis dicta erunt, respōsuros esse arbitrātur:  
 deinde se ducturos, & dicēdo & excusando facile  
 ad ludos Victoriae: cū his plebeios esse coniūctos: se-  
 cundū quos aut nulli, aut pauci dies ad agendū futu-  
 ri sunt. ita defessa, ac refrigerata accusatione, rē in-  
 tegra ad M. Metellum Praetorem esse venturam.  
 quia in reie-  
 sione reti-  
 nuit.

2 Quāuis eos  
 Metellū  
 dicat, tamen  
 non lēdit eū,  
 quia in reie-  
 sione reti-  
 nuit.

ri sunt. ita defessa, ac refrigerata accusatione, rē in-  
 tegra ad M. Metellum Praetorem esse venturam.  
 quem ego hominem, si cius fidei diffisus essem, iudi-  
 cem non retinuisse. Nunc tamen eo animo sum, ut  
 eo

eo iudice, quām Pretore, hanc rem transfigi malim,  
 & iurato suam, quām iniurato aliorum tabellas cō-  
 mittere. Nunc ego Iudices iam vos consulo, quid  
 mihi faciendum putetis: id enim consilij mihi profe-  
 ctō taciti dabitis, quod egomet mihi necessariō ca-  
 piendum intelligo. Si utar ad dicendum meo legitimo  
 tempore: mei laboris, industrie, diligentiaeq; ca-  
 piam fructum: & ex accusatione perficiam, ut ne-  
 mo unquam post hominum memoriam parator, vi-  
 gilantior, compositior ad iudicium venisse videat-  
 tur. sed in hac laude industrie mee, reus ne elabatur  
 summum periculum est. Quid est igitur, quod fieri  
 possit? non obscurum opinor, neque absconditum  
 fructum istum laudis, qui ex perpetua oratione per-  
 cipi potuit, in alia tempora resoluimus: nunc homi-  
 nem tabulis testibus, priuatis publicisq; literis, au-  
 toritatibusq; accusemus. <sup>2</sup> Res omnis mihi tecum e-  
 rit Hortensi. dicam apertē: si tecum dicendo, ac  
 diluendis criminibus in hac causa contendere putā-  
 rem, ego quoque in accusando, atque in explicādi  
 criminibus operam consumerem: nunc quoniam pu-  
 gnare contra me instituisti, non tam ex tua natura,  
 quām ex istius tempore, & causa malitiosē: necesse  
 est istiusmodi rationi aliquo consilio obfistere. Tua  
 ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere  
 incipias: mea, ut ante primos ludos comperendia-  
 nem. ita fiet ut tua ista ratio existimetur astuta,  
 meum hoc consilium necessarium. Verum illud  
 quod

1 Demonstra-  
 uit aduerla-  
 riorū consi-  
 liū: nūc quid  
 sibi agendū  
 sit, ostendit.  
 & vtitur cō-  
 municationis  
 schemate, de  
 liberando cū  
 iudicibus, q  
 uod bīq; iūl  
 tūp, sūlūt  
 -tūl H bīp  
 -tūl sīl amī  
 .2012009  
 2 Aerice mi-  
 natur Hortē  
 sio & consue-  
 tudinem ei⁹  
 in corrūpen-  
 dis iudicijs  
 inseſſatur.

quod institueram dicere, mihi rem tecum esse  
huiusmodi est. Ego cum hanc causam Siculoru-  
gatu recepisse, idq; mihi amplum, & præclarum  
existimasse, eos velle meæ fidei, diligentieq; peri-  
culum facere, qui innocetiæ, abstinentiæq; fecissent:  
tū suscepso negotio maius mihi quiddam propo-  
sui, in quo meam in Rempub. voluntatē Pop. Rom.

Dicit sibi  
non tam pro  
per Verrem  
hanc eauam  
fusciēdam  
fuisse, quam  
quod Hortē-  
fius se inter-  
poneret.  
per spicere posset. Nam illud mihi nequaquam dig-  
num industria, conatuq; meo videbatur, istum à me  
in iudicium iam omnium iudicio condemnatum vo-  
cari, nisi ista tua intolerabilis potentia, & ea cupi-  
ditas, qua per hosce annos in quibusdam iudicijs  
vus es, etiam in istius hominis desperati causa in-  
terponeretur. Nāc verò, quoniā hæc te omnis do-  
minatio, regnumq; iudiciorum tantopere delectat:  
& sunt homines, quos libidinis, infamiaeq; suæ ne-  
que pudeat, neque tñdeat, qui quasi de industria in-  
dium, offendionemq; Pop. Ro. irruere videantur:  
hoc me profiteor suscepisse, magnū fortasse onus,  
& mihi periculosem veruntamen dignum in quo  
omnes neruos ætatis, industrieq; meæ contendere.  
quoniā totus ordo paucorū improbitatc, & auda-  
cia premitur, & urgetur infamia iudiciorū: profi-

<sup>2</sup> Hec minatur se secunda actione factum esse, ut terreat ad aeratio. teor huic generi hominu me inimicu, accusatore, odiosum, assiduū, acerbū aduersariū. <sup>2</sup> hoc mihi sum esse, ut hoc mihi deposito: quod agam in magistratu, mo; terreat ad aeratio quod agā ex eo loco, ex quo me Po. Ro. ex Calen. la nua. secum agere de Rep. ac de hominibus impro- bauit. bis

bis voluit. hoc munus Aedilitatis meæ Popu. Ro.  
amplissimum, pulcherrimumq; polliceor. moneo,  
prædico, ante denuntio, qui aut deponere, aut reci-  
pere, aut accipere, aut polliceri, aut sequestress, aut  
interpretes corrumpendi iudicij solent esse, quique  
ad hanc rem aut potentiam, aut impudentiam suam  
professi sunt, abstineant in hoc iudicio manus, ani-  
mosq; ab hoc scelere nefario. Erit tum Consul Hor-  
tensius cum summo imperio, & potestate: ego au-  
tem Aedilis, hoc es, paulò amplius, quam priua-  
tus. Tamen hæc huiusmodi res est, quam me actu-  
rū esse polliceor, ita Pop. Rom grata, atque iucun-  
da, ut ipse C. O. S. in hac causa præ me minus etiam,  
si fieri possit, quam priuatus esse videatur. omnia  
non modo commemorabuntur, sed etiam expositio  
certis rebus agentur, quæ intra decē annos, postea  
quam iudicia qd Senatorū translata sunt, in rebus iug-  
dicandis nefariè flagitiosq; facta sunt. Cognoscet  
ex me Popul. Ro. quid sit, quam obrem, cùm Eque-  
ster ordo iudicaret annos propè quinquaginta con-  
tinuos, nullo iudice Equite Roma. indicante, ne te-  
nuissima quidem suspicio accepte pecunie ob rem  
iudicandam constituta sit: quid sit, quod iudicij ad  
Senatorialium ordinem translatis, sublataq; Po. Ro-  
ma. in unum quenque nostrum potestate, 2. Q. Cal-  
dius damnatus dixerit, minoris H. S. XXX. M. Phe-  
torium hominem 3 honestè non posse damnari: quid  
fit, quod P. Septimio senatore damnato, Q. Hon-  
tensiō

1. Cū munus  
dicit ad no-  
mē Verris re-  
spicere vide-  
tur, tanquam  
bestig confi-  
ciende.

2. Calidius ex  
probrauerat  
sordidis iudi-  
cibus quod  
se tam paruo  
condemnas-  
sent.

3. iheronim⁹

tensio Prætore, de pecunijs repetundis, lis æstimata  
 sit eo nomine, quod ille ob rem iudicandam pe-  
 cuniam accepisset: quod in C. Herennio, quod in C.  
 Popilio Senatoribus, qui ambo peculatus damnati  
 sunt: quod in M. Attilio, qui de maiestate damnatus  
 est, hoc planum factum est, eos pecuniam ob rem iu-  
 dicandam accepisse: quod inueniti sunt Senatores, qui  
 C. Verre præ urbano sortiente, exirent in eum  
 reum, quem incognita causa condemnarent: quod  
 inuenitus est Senator, qui cum iudex esset, in eodem  
 iudicio ab reo pecuniam acciperet, quam iudicibus  
 diuidiceret, & ab accusatore, ut reum damnaret. Nam  
 verò quomodo illam labem, ignominiam, calamita-  
 temq; totius ordinis conquerar? hoc factum esse in  
 hac ciuitate, cum Senatorius ordo iudicaret, ut di-  
 scoloribus signis, iuratorum hominum sententiae no-  
 tarentur: hec omnia me diligenter, seuereq; actu-  
 rum esse policeor. Quo me tandem animo fore pu-  
 tetis, si quid in hoc ipso iudicio intellexero simili  
 aliqua ratione esse violatum, atque commissum: cum  
 presertim planum facere multis testibus possim,

<sup>1</sup> Hoc Horie  
suis fecerat,  
de quo supra  
dictum est.

<sup>2</sup> Confirmatio  
ex dicto Ver-  
rem.

C. Verrem in Sicilia multis audientibus <sup>2</sup> saepe di-  
 xisse, se habere hominem potentem, cuius fiducia  
 prouinciam spoliaret: neque sibi soli pecuniam quæ-  
 rere, sed ita triennium illud præturæ Siciliensis di-  
 stributum habere, ut secum præclarè agi diceret, si  
 unius anni questum in rem suam conuerteret: alte-  
 rum patronis & defensoribus suistraderet: tertiu

illum

illum uberrimum, quæstuosissimumq; annum totū iudicibus reseruaret.<sup>1</sup> Ex quo mihi venit in mentē illud dicere, quod apud M. Glabriōnem nuper cū in rei ciendis iudicibus commemorassem, intellexi vehementer Popu. Rom. commoueri: me arbitrari fore, uti nationes exteræ Legatos ad Po. Ro. mitteant, ut lex de pecunijs repetundis, iudiciumq; tolle retur: si enim iudicia nulla sint, tantum vñūquemq; ablaturū putat, quantum sibi, ac liberis suis satis esse arbitretur. nūc quòd eiusmodi iudicia sint, tātū vñū quenq; auferre, quātū sibi, patronis, aduocatis, Prætoribus, iudicibus satis futurum sit: hoc profecto infinitum esse: se auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissime victoriæ non posse. ò com memoranda iudicia, præclararamq; existimationem nostri ordinis, cūm socij Pop. Ro. iudicia de pecunijs repetundis fieri nolunt, quæ à maioribus nostris sociorum causa comparata sunt. An iste vñū quam de se bonā spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Quo maiore etiā, si fieri potest, apud vos odio esse debet, quām est apud populum Roman. cūm in auaritia, scelere, per iurio vos sui similes esse arbitretur.<sup>2</sup> Cui lo-

<sup>2</sup> Hortatur in dices ut verè iudicent, quæ est extro ma pars orationis qua hanc orationē cōcludit.

la religio, nulla denique iam existimantur esse iudicia. itaque à Pop. Roma. contemnimur, despicimur, graui, diurnaq; iam flagramus infamia. Neque enim ullam alia ob causam Populus Romanus Tri<sup>i</sup>bunitiam potestatem tanto studio requisiuit: quam cùm poscebat, verbo illam poscere videbatur, re

<sup>2</sup> Confirmat & amplificat ex Catuli ratione in Se natu.

vera iudicia poscebat. Neque hoc Q. Catulum hominem sapientissimum, atque amplissimum fugit, qui Cn. Pompeio viro fortissimo, et clarissimo de

Tribunitia potestate referente, cùm esset sententiam rogatus, hoc initio est summa cùm autoritate usus: Patres conscriptos iudicia male, & flagitiosè tueri: quòd si in rebus iudicandis Popu. Roma. existimationi satisfacere voluissent, non tantopere homines fuisse Tribunitiam potestatem desideratu-ros. Ipse denique Cn. Pompeius, cùm primum con- cionem ad urbem C o s. designatus habuit: ubi (id quod maximè expectari videbatur) ostendit se Tri bunitiam potestatem restituturum, factus est in eo strepitus, & grata concionis admiratio. Idem in eadem concione cùm dixisset: populatas, vexa tasq; esse prouincias, iudicia autem turpia, & flagi tiosa fieri, ei rei se prouidere, ac consulere velle: tum verò non strepitu, sed maximo clamore suam populus Roma. significauit voluntatem. Nunc au tem homines in speculis sunt: obseruant quemadmo dum se se vnusquisque vestrum gerat in retinenda religione, conseruandisq; legibus: videt adhuc post

legem

legem Tribunitiam i vnum Senatorem vel tenuissimum esse damnatum quod tametsi non reprehendunt, tamen magnopere quod laudent, non habent. Nulla est enim laus, ibi esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere. Hoc est iudicium in quo vos de reo, Popu. Roma. de vobis iudicabit: in hoc homine statuetur, possitne Senatoribus iudicantibus homo nocetissimus, pecuniosissimusque damnari. <sup>1</sup> Dolabellā significat.

<sup>2</sup> Deinde est huiusmodi reus, in quo homine nihil sit, praeter summa peccata, maximamque pecuniam: ut si liberatus sit, nulla alia suspicio, nisi ea quae turpisima est, residere possit non gratia, non cognitione, non alijs recte factis, non denique aliquo mediocri vitio tot tantaque eius vitia subleuata esse existimabuntur. Postremo ego causam sic agam iudices: eiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, ut nemo a vobis, ut istū absoluatis, per gratiam conetur contendere. Habeo autem certam viam, atque rationē, qua omnes illorū conatus inuestigare, et consequi possim. Ita res a me agetur, ut in eorū consilijs omnibus non modo aures hominum, sed etiam oculi Populi R. interesse videantur. Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordinū turpitudinem, atque infamiam delere, ac tollere potestis. <sup>3</sup> Constat inter omnes, post hac constituta iudicia, quibus nunc utimur, nullum hoc splendore, atque hac dignitate consiliū fuisse. Hic si quid erit offensum: omnes homines non iam

<sup>2</sup> Ex persona  
Verris, & sua  
accusatione.

<sup>3</sup> Ex consilij  
amplitudine.

ex eodem ordine alios magis idoneos, quod fieri nō  
 potest; sed alium omnino ordinem ad res iudicandas  
<sup>1</sup> Optat fieri quærendū arbitrabūtur. <sup>1</sup> Quapropter primum ab  
 id quod hor- tatus est & mi dījs immortalibus, quod sperare mihi videor, hoc  
 rē renouat. idē Iudices peto, ut in hoc iudicio nemo improbus  
 præter eū, qui iā pridē inuētus est, reperiatur: dein= de,  
 si plures improbi fuerint, hoc vobis, hoc pop. Ro  
 mano Iudices confirmo, vitā mehercule mihi prius,  
 quā vim, perseverantiamq; ad illorum improbita  
<sup>2</sup> Conuertit orationē ad tem persequendam defuturam. <sup>2</sup> Verūm quod ego  
 prætorem.  
<sup>3</sup> Iusurandi.  
<sup>4</sup> Acilius Gla  
 brius legē Ac- liā tulerat de pecunijs re- petūdis, mul  
 to seueriorē. Acilie veniat in mentem, qua lege Populus Ro  
 quā antea fuit, in qua ma. de pecunijs repetundis optimis iudicijs, seueris=  
 nec cōperen- simis que iudicibus usus est. Circunstant te sum= dinari fine- mē autoritates, quae te obliuisci laudis domesticā  
 bat reū, hoc non sinant, quae te dies noctesque commoneant,  
 est causabis dicere. fortissimum tibi patrem, sapientissimum avum,  
<sup>5</sup> Explanat di stributiuē, grauiissimum sacerum fuisse. <sup>5</sup> Quare si Glabrio= nis patris vim & acrimoniam ceperis ad resisten= dum

dum hominibus audacissimis, si aut sc̄euola pruden-  
tiam ad prospiciendas insidias, quae tuæ, atque ho-  
rum fame comparantur: si socii Scauri constan-  
tiam, ut ne quis te de vera & certa posse senten-  
tia dimouere: intelliget Populus Roma. integerrimo  
atque honestissimo Prætore, delectoq; consilio, no-  
centi reo magnitudinem pecuniae plus habuisse mo-  
menti ad suspicionem criminis, quam ad rationem  
salutis.<sup>1</sup> Mihi certum est non committere, ut in hac  
causa Prætor nobis, consiliumque mutetur.<sup>2</sup> non  
patiar rem in id tempus adduci, ut siculi, quos ad  
huc serui designatorum C O S S. non mouerunt,  
cum eos nouo exemplo uniuerso arcesserent, eos tū  
luctores Consulum vocent: ut homines miseri, antea  
socij atque amici populi Roma. nunc serui ac sup-  
plices, non modo ius suum, fortunasque omnes eorum  
imperio amittant, verum etiam deplorandi iuris  
sui potestatem non habeant. Non sinā profectō cau-  
sa à me perorata. XL. diebus interpositis, tum nobis  
denique respondeant, cum accusatio nostra in obli-  
uionem diuturnitate adducta sit: non committam ut  
tum res iudicetur, cum hæc frequentia totius Italie  
Roma discesserit, quæ conuenit uno temporeundi-  
que, comitorum, iudiciorum, censendique causa. hu-  
ius iudicij, & laudis fructum, & offendit pericu-  
lum, vestrum: laborem, solitudinemque nostram:  
scientiam quid agatur, memoriamque quid à quo-  
que dictum sit, omnium puto esse oportere. Faciam

<sup>1</sup> Redit ad in-  
tentionē prin-  
cipalem.

<sup>2</sup> Renovat  
quod hic de  
Metello Cos.  
dixit.

hoc non nouum, sed ab ijs qui nūc principes nostræ ciuitatis sunt antè factum, ut testibus utar statim: illud à me nouum iudices cognoscetis, quòd ita te= + ut ubi id stes constituam, ut crimen totum explicem: + ubi id interrogando, argumentis, atque oratione fir= mauero, tunc testes ad crimen accommodem: ut ni= hil inter illam usitatam accusationem, atque hanc nouam intersit, nisi quòd in illa tunc, cùm omnia di= etia sunt, testes dantur: hic in singulas res dabūtur: ut illis quoque eadem interrogandi facultas, argu= mentandi, dicendiq; sit. Si quis erit, qui perpetuam orationem, accusationemq; desideret: altera actio= ne audiet. nunc id quod facimus, ea ratione faci= mus, ut malitiæ illorum consilio nostro occurra=

<sup>i</sup> Colligit & proponit sum man primæ actionis futu= rx.

+ Ad hunc modū legit Budæus in Post. An= not.

mus, necessariò fieri intelligat. <sup>i</sup> Hec primæ actio nis erit accusatio. Dicimus C. Verrem, cùm multa libidinose, multa crudeliter in ciues Roma. atque insocios, multa in deos, hominesq; nefariè fecerit, tum præterea + quadringenties sestertium ex Sici= lia contra leges abstulisse; hoc testibus, hoc tabulis, priuatis publicisq; autoritatibus ita vobis planum faciemus, ut hoc statuatis, etiam si spatiū ad dicendum nostro commodo, vacuosq; dies habuissemus, tamen oratione longa nihil opus fuisse.

Or=

O R A T I O N I S I N  
A. V A T I N I V M A R G V<sup>m</sup>  
M E N T V M.

P. Léitulo, Q. Metello c o s s. cùm magna  
contentione ageretur per T. Ann. Milo-  
nem, & P. Sextium Trib. pl. vt Cicero ab exi-  
lio reuocaretur; P. Sextius, quò contra vim  
aduersariorum munitior esset, armatos ho-  
mines circa se habuerat. qua de causa finito  
Tribunatu, de vi à Clodianis accusatus fuit,  
& à Cicerone defensus. Sed in eo iudicio  
cùm Vatinus, homo alioqui impurus, &  
Clodianæ factioñis adiutor, testimoniū con-  
tra Sextium dixisset, simulq; Ciceronem, cù  
quo ei veteres inimicitia intercesserant, incō-  
stantiæ, leuitatisq; perstrinxisset, confutatus  
est à Cicerone hac vehementi & inimica ora-  
tione; in qua illi primū respondet ad conui-  
tia, quæ in se coniecta fuerāt; deinde grauissi-  
mè insectatur personā hominis ex anteacta  
vita, atque ita totum illius de Sextio testimo-  
nium reijcit atq; reprehendit. Oratio est iu-  
dicialis, reprehensionē testimonij continēs;  
sed tota penè in demōstratione versatur. Sta-  
tum habet coniecturalem, An credēdum sit  
Vatinio. Acta res ea est 111. Idus Martias.  
Cn. Lentulo, L. Martio Philippo c o s s.

M. T. CICERONIS  
IN A. VATINIVM  
ORATIO.



1 Orditur  
xatae teo-  
ληψις  
& causam red-  
dit cur inter-  
roget potius  
Vatiniū quā  
contemptum  
tacitus dimit-  
tat.

2 Aetiologya  
interpretādi  
causa.

3 Concludit  
sententiam.

4 Causa cur  
tuam istam comprimerem, & audaciam frangerē,  
vexādum po-  
tius putarit,  
quā dimit-  
tēdum & est  
ex meritis Va-  
tinij

I tua tantūmodo Vatini quid indi-  
gnitas postularet, spectare volui-  
sem, fecissem id, quod his vehemē-  
ter placebat, ut te, cuius testimo-  
nium propter turpitudinē vitæ, sor-  
desque domesticas nullius momenti putaretur, taci-  
tus dimitterē<sup>2</sup>: nemo n. horum aut ita te refutandū,  
ut graue aduersariū; aut ita rogandū, ut religiosum  
testem arbitrabatur, sed fui paulo in te intemperan-  
tior fortasse, quām debui: odio n. tui, in quo et si om-  
nes propter tuū in me scelus superare debeo, tamen  
ab omnibus penè vincor, sic sum incitatus, ut cū te  
non minus contenerem, quā odissem, tamen vexatū  
potius, quā despectū vellem dimittere<sup>3</sup>. quare ne ti-  
bi hunc honorem à me haberi forte mirere, quòd in  
terrogē, quē nemo congressū, nemo aditu, nemo suf-  
fragio, nemo ciuitate, nemo luce dignum putet: nul-  
la me ad id causa impulisset, nisi vt ferocitatem  
& loquacitatem paucissimis interrogationibus irre-  
titam retardarē. 4 etenim debuisti Vatini, etiam  
si falso venisses in suspicionem P. Sestio, tamen mi-  
hi ignoscere, si in tanto hominis de me optimè me-  
riti periculo & tempori eius & voluntati parere  
volui=

voluissem.<sup>1</sup> sed hesterno pro testimonio esse metitum  
 cum affirmares nullum tibi omnino cum Albinoua  
 no sermonem non modo de Sestio accusando, sed nul-  
 la unquam de re fuisse, paulo ante imprudens indi-  
 casti,<sup>2</sup> qui et T. Claudium tecum communicasse,  
 et a te consilium P. Sestij accusandi petisse, et Albi-  
 nouanum, quem antea vix tibi notum esse dixisses,  
 domum tuam venisse, multa tecum locutum, dixe-  
 ris; denique cōciones P. Sestij scriptas: quas neq; nos  
 set, neq; reperire posset, te Albinouano dedisse, easq;  
 in hoc iudicio esse recitatas.<sup>3</sup> in quorū altero es con-  
 fessus, a te accusatores esse instructos, et suborna-  
 tos: in altero inconstantiam tuam cum leuitate: tum  
 etiam periurio implicatam refellisti; cu, quem alie-  
 nissimum a te esse dixisses, cum domi tuae fuisse;  
 quem praeuaricatorem ab initio iudicasses, ei te,  
 quos rogasset, ad accusandum libros dixeris de-  
 disse. nimium es vehemens ferocq; natura: non  
 putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam,  
 quod non iucundum, et honorificum ad aures  
 tuas accedat. venisti iratus omnibus: quod ego,  
 simul ac te aspexi, prius quam loqui coepisti, cum  
 ante Gellius, nutricula seditionum omnium, te=  
 stimonium diceret, sensi atque prouidi:<sup>4</sup> repente  
 enim te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminen-  
 tibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti,  
 ut mihi renouatus ille tuus in te veterem meum a=  
 micum, sed tamen tuum familiarem defenderim:

<sup>1</sup> Refutatio  
 qua primum  
 vanitatem ar-  
 guit ex ipse  
 Vatinij di-  
 catis quia pu-  
 gnantia dixe-  
 rit.

<sup>2</sup> Epistola 7.  
 ad Quintum  
 Fratre refert  
 Sestiuā quo-  
 dā M. Tullio  
 de vi accusa-  
 tū fuisse, ergo  
 plures fuerūt  
 accusatores.

<sup>3</sup> Ostendit  
 quid effica-  
 tur ex dictis  
 Vatinij, quæ  
 exposut.

<sup>4</sup> Cōparatio  
 ad hypotypo-  
 sia. I. euiden-  
 tiā oratio-  
 nis. Hypoty-  
 posi autem re-  
 spicit ad gut-  
 tur Vatinij  
 quod illi  
 struōsum  
 erat.

t nonnun- cūm in hac ciuitate oppugnatio soleat, quā tu nūc  
 quā defen- vteris, t nonnūquā, defendi nonnunquam vitupe-  
 sio nunquā rari. sed quāero à te, cur C. Cornelium non defen-  
 vitup. deremēnum legem aliquam Cornelius contra au-  
 Lex Aelia & spicia tulerit: num Aeliamēnum Fusiam legem ne-  
 Fusaobnūcia nationē firma glexerit? num Cōfisi vim attulerit? 1 num armatis  
 bat, qua rési hominibus templum tenuerit? num intercessorem  
 stebat perni- vi deiecerit? num religiones polluerit? aerarium ex  
 ciosis legib⁹ Caius autē Cæ hauserit? Remp. compilarit? tua sunt, tua sunt hæc  
 sat in cōsula omnia. Cornelio eiusmodi nihil obiectum est. 2 co-  
 tu cū legem Agrariā inui dicem legisse dicebatur: defendebatur testibus col-  
 to Senatu fer legis suis, non recitādi causa legisse, sed reconog-  
 ret, adiuuāte Vatinio qui scendi. constabat tamen Cornelium consilium illo  
 tū Trib. ple. die dimisisse, intercessioni paruisse. tu verò, cui  
 erat obnūciā Cornelij defensio displicet, quam causam ad patro  
 nū M. Bibu- nos tuos, aut quod os afferes: quibus iam præscri-  
 lū armis è fo bis, quanto illis probro futurum sit, si te defende-  
 ro expulerat. 2 Defendit rint, cum tu mihi Cornelij defensionem in maledi-  
 causam Cor- ctis obijciendam putaris. 3 attamen hoc Vatini me  
 nelij ex vi de finitionis, mento; paulò post istam defensionem meā, quam  
 quid sit maius tu bonis viris displicuisse dicas, me cūm vniuersi-  
 tate minu- populi Ro. summa voluntate, tum optimi cuiusque  
 re: de qua re lege Asconii. singulari studio magnificentissime post hominum  
 3 Ostēdit à si memoriam Consulem factum; omniaq; ea me pudē-  
 gno, se in de- ter viuendo consecutum esse, quæ tu impudenter  
 fendendo Cornelio, po vaticinādo sperare te sēpe dixisti. Nam quod mi-  
 pulo Roma- bi discessum obiecisti meum; & quod horū, quibus  
 no rem gra- tam fecisse, ille dies acerbissimus fuit, qui idem tibi letissimus,  
 luctus

luctū & gemitū renouare voluisti: tātū tibi respō  
 deo, me, cū tu cæteræq; Reip. pestes armorū cau-  
 sam quereretis, & cū per meū nomen fortunas lo-  
 cupletū diripere, sanguinē principū ciuitatis exor-  
 bere, crudelitatē vestrū, odiumq; diuturnū, quod  
 in bonos iam inueteratum habebatis, saturare cu-  
 peretis, scelus & furorem vestrum cedendo ma-  
 luisse frangere, quām resistendo. <sup>1</sup> quare peto à te,  
 ut mihi ignoscas Vatini, cum patriæ pepercérím,  
 quam seruaram: & si ego te perditorē, & vexato-  
 rem Reip. fero, tu me conseruatorem, & custode-  
 feras. deinde eius viri discessum <sup>2</sup> increpas, quē vi-  
 des omniū ciuiū desiderio, ipsius denique Reip. lu-  
 ctu esse reuocatum: <sup>3</sup> at enim dixisti, non mēa, sed  
 Reip. causa homines de meo reditu laborasse. quasi  
 vero quisquā vir excellenti animo in Rēp. angref-  
 sus, optabilius quidquam arbitretur, quām se à suis  
 ciuib; Reip. causa diligi: <sup>4</sup> scilicet aspera mea na-  
 tura, difficilis aditus, grauis vultus, superba respō-  
 sa, insolens vita: nemo humanitatem meam, nemo  
 cōsuetudinē, nemo cōsiliū, nemo auxilium require  
 bat, cuius desiderio (ut hæc minima dicam) forum <sup>4</sup> Inficiatio-  
 mœstum, muta curia, omnia denique bonarum ar-  
 tiū studia siluerunt. <sup>5</sup> sed nihil sit factum mea cau-  
 sa: omnia illa S.C. populi iussa, Italiæ totius, cun-  
 etarum societatum, collegiorum omnium decreta  
 de me, Rei. causa esse facta fateamur. quid ergo ho-  
 mo imperitissime solida laudis ac vera dignitatis

<sup>1</sup> Conclusio,  
 per quam iro-  
 niā amario-  
 rem facit.

<sup>2</sup> Vide num;  
 Ne increpes,  
 legendum sit  
 Nam alioqui  
 deesse ali-  
 quid video-  
 tur.

<sup>3</sup> Reprehen-  
 dit aliud di-  
 etum Vatinij  
 idque ex qua-  
 litate cui insi-  
 ciationem ad

<sup>5</sup> Concessio  
 ex abundati  
 qua ad quali-  
 tatem reuer-  
 titur.

præstantius mihi potuit accidere , quid optabilius  
ad immortalitatem gloriæ , atque ad memoriam mei  
nominis sempiternam, quam omnes hoc ciues meos  
iudicare, ciuitatis salutem cum mea unius salute es-  
se coniunctam? quod quidem ego tibi reddo tuum.  
nam ut tu me charum esse dixisti senatu populoq;  
R. non tam mea causa, quam Reip sic ego te, quan-  
quam sis omni diritate atque immanitate teterri-  
mus , tamen dico esse odio ciuitati non tam tuo,

**2 Insectorio**  
vitæ (tertia  
orationis  
pars) quā gra-  
uiter & vehe-  
menter tra-  
git obserua-  
to more in-  
terrogandi te-  
stes in iudi-  
cio.

**2 Incipit in**  
natiuitate &  
ordinē tem-  
poris perse-  
quitur.

quā Reip nomine, <sup>1</sup> atque ut aliquando ad te ve-  
niam, de me hoc sit extreum: quid quisque nostrū  
de se ipse loquatur; non est sanè requirendum: boni  
viri iudicent: id est maximi momenti & ponderis.  
Duo sunt tempora, quibus nostrorum ciuium spe-  
ctentur iudicia de nobis; unum honoris, alterum sa-  
lutis. honos talis populi Rom, voluntate paucis est  
delatus, ac mihi: salus tanto studio ciuitatis nemini  
reddita. de te autem homines quid sentiant, in hono-  
re experti sumus, in salute expectamus. <sup>2</sup> & vt  
me cum homine uno non solum impudentissimo, at  
que infimo conferam, de te ipso, homine & arrogā-  
tissimo, & mihi inimicissimo, quero Vatini : utrū  
tandē putas huic ciuitati, huic Reip, huic urbi, his  
templis, ærario, curiæ, viris his, quos vides, ho-  
rum bonis, fortunis, liberis, ciuibus, cæteris deni-  
que deorum immortalium delubris, auspicijs, reli-  
gionibus melius fuisse & præstabilius, me ciuem  
in hac ciuitate nasci, ante: cum mihi hæc responde-  
ris,

ris, aut ita impudenter, ut manus à te homines vix  
 abstinere possint; aut ita dolenter, ut aliquādo ista  
 illa, quæ sunt inflata, rumpantur: tum memoriter  
 respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. <sup>1</sup> atque il= <sup>1</sup> Oratoria  
 lud tenebricosissimum tempus ineuntis etatis tue <sup>ā πορειας.</sup>  
 patiar latèrē. licet impune per me parietes in ado= <sup>scandit T.</sup>  
 lessentia perfoderis, vicinos compilari, matrem  
 verberaris: habeat hoc præmium tua indignitas, ut  
 adolescentiæ turpitudo obscuritate, et sordibus  
 tuis obtegatur. Quæsturam petisti cum P. Sestio,  
 cum hic nihil loqueretur, nisi quod agebat; tu de al= <sup>scandit T.</sup>  
 tero Consulatu gerendo te dices cogitare. quero  
 ab te, teneasne memoria, cum P. Sestius Quæstor  
 sit cunctis suffragijs factus, tunc te vix, inuitis om= <sup>linuimus T.</sup>  
 nibus, non populi beneficio, <sup>2</sup> sed Consulis extre= <sup>3</sup> Puto L. Ce  
 muim adhaesisse: in eo magistratu, cum tibi magno  
 clamore <sup>3</sup> aquaria prouincia sorte obtigisset, mis= <sup>farem intelli</sup>  
 susne sis à me Consule Puteolos, ut inde aurum ex= <sup>gi. Nā hic cū</sup>  
 portari, argentumq; prohiberes: in eo negotio, cū <sup>C. Figulo cō</sup>  
 te non custodem ad continendas, sed portitorem ad  
 partiendas merces mißum putares, cumq; omnium  
 domos, apothecas, nauis furacissimè scrutarere,  
 hominesq; negotia gerētes iudicijs iniquissimis ir= <sup>sulatū Cice</sup>  
 retires, mercatores è nauj egredientes terreres, cō= <sup>ronis antecel</sup>  
 scendentes morarere; teneasne memoriatibi in con= <sup>sit.</sup>  
 uentu Puteolis manus esse allatas: ad me Consulem  
 Puteolanorum querelas esse delatas: post Quæstu= <sup>3</sup> Puteolis

Editione

C. Cosco=

in Cāpania &  
calidis aquis  
dicta.

C. Cosconio procoscum illud iter Hispaniense per  
dibus ferè confici soleat; aut, si quis nauigare ve-  
lit, certa sit ratio nauigandi, venerisne in sardi-  
niam, atque inde in Africam: fuerisne, quod sine  
s. C. tibi facere non licuit, in regno Hiempsalis:  
fuerisne in regno Mastanesos? venerisne ad fretū  
per Mauritaniam? quem scias unquam Legatum  
Hispaniensem in illam prouinciam istis itineribus

¶ Tribunat⁹ plebis, quem  
vehementer  
exaggerat.

¶ Factus es Tribunus pl. quid enim te de  
Hispaniensibus flagitijs tuis, sordidissimisq; furtis  
interrogem⁹: quæro ab te, primum, quod genus im-  
probitatis, & sceleris in eo magistratu prætermi-  
seris? ac tibi iam inde præscribo, ne tuas sordes

ad Tribuna-  
tus insectatio-  
nem ne C.  
Cetarem of-  
fendat.

¶ cum clarissimorū virorum splendore permisceas.  
ego te, quæcunque rogabo, de te ipso rogabo, neq;  
te ex amplissimi viri dignitate, sed ex tuis tenebris  
extraham, omniaq; mea tela sic in te coniicientur,  
vt nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucie-  
tur, intuis pulmonibus, ac visceribus hærebunt. &  
quoniam omnium rerum magnarum à dijs immor-  
talibus principia ducuntur, volo ut mihi respon-  
deas tu, qui te pythagoricumfoles dicere, & homi-  
nis doctissimi nomen tuis immanibus & barbaris  
moribus prætendere; quæ te tanta prauitas mentis  
tenuerit, qui tantus furor, ; vt, cum inaudita ac ne-  
faria sacra susceperis, cum inferorum animas eli-  
cere, cum puerorum extis deos manes mactare so-  
leas, auspicia, quibus hæc urbs condita est, quibus

¶ Colligit in  
dignitatē rei  
ex cōtrarijs,  
vel ex mino-  
ri, quod Vati-  
nius magica  
saera colat,  
contēnat au-  
spicia.

omnis

omnis Resp. atq; imperiū tenetur, contempseris  
initioq; Tribunatus tui senatui denunciariſ, tuis  
actionibus Augurum responsa, atque eius collegij  
arrogantiam impedimento non futuram? secundū  
ea, quero, seruarisne in eo fidē? num quādo tibi mo-  
ram attulerit, quō minus conciliū aduocares, legē= 1 Iterum se-  
iungit Cesa-  
re à Vatinio  
ut acrius ux-  
geat.  
q; ferres, quōd eo die scires de cœlo esse seruatū? 1  
Et quoniam hic locus unus est, quem tibi cū Cæſa= 2 Ex differē-  
tibus prebat.  
re cōmūnē esse dicas: seiungam te ab illo, non solū  
Reip. causa, verū etiā Cæſaris, ne qua ex tua sum-  
ma indignitate labes illius dignitati aspersa videa-  
tur. 2 primum quero, nū tu senatui cæſam tuam  
permittas, quod facit Cæſar: deinde, quæ sit aucto-  
ritas eius, qui se alterius facto, nō suo defendat: dein  
decerū pet 3 enim aliquando ex me vera vox, & di 3 παρεγρίω  
cā sine cunctatione, quod sentio si iā violentior ali que maximæ  
est assentatio  
ni.  
qua in re C. Cæſar fuisse; si eū magnitudo conten-  
tionis, studium gloriæ, præstans animus, excellens  
nobilitas aliquò impulisset: quod in illo viro & tū  
ferendū esset, & maximis rebus, quas postea ges= 4 Id est ma-  
sit, oblitterandum, id tu tibi furcifer sumes, & Vati-  
nij latronis ac sacrilegi vox audietur, hoc postulā-  
tis, ut idem sibi concedatur, quod Cæſari: sic enim  
ex te quero: Tribunus pl. fuisti: seiunge te à Consu-  
le: collegas habuisti viros forteis nouem: ex his  
tres erant, quos tu quotidie sciebas de cœlo ser-  
uare, quos irridebas, quos priuatos esse dicebas: 4 Id est ma-  
ioribus hono-  
ribus functio  
nibus. Adilitate  
vel Prætura,  
vel Cōſula-  
tu. quāuis hic  
adilitatem  
intelligat. Nā  
prætexta erat  
eorum magi-  
ſtratuorū insi-  
gnae.  
tiam

tiam prætextam togam, quam frustra confeceras,

<sup>1</sup> Puto Q. Me vendidisse: <sup>1</sup> tertium scis ex illo obfesso atque afflito Tribunatu consularem auctoritatem hominē esse adolescentem consecutum. reliqui sex fuerunt ex quibus partim plane tecum sentiebant, partim medium quandam cursum tenebant. omnes habuerunt leges promulgatas. in his multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius iudex noster, quem tu disrumperis, cum ædilitium vides. volo uti mihi respondeas, num quis ex toto collegio legem sit ausus ferre præter unum te? quæ tantata in te fuit audacia, quæ tanta vis, ut, cum tui nouem collegæ sibi timendum esse duxerint, id unus tu emersus è cœno, omnium facile omnibus rebus infimus, contemnendum, despiciendum, irridendum putares? num quem post urbem conditam scias Tribunum pl. egisse cum plebe, cum constaret seruatum esse de cœlo? simul etiam illud volo uti respondeas, cum te Tribuno pl. esset etiam tum in Rep.

<sup>2</sup> Gabinium & Pisonem intelligit, qui annū cōsulatus Cæla ris securi sunt. <sup>†</sup> præsiden tibus. <sup>3</sup> Redditio periodi.

Fusia, quæ leges sæpenumero tribunitios furores debilitarunt, et represserunt, quas contra præter te nemo unquam est facere conatus, <sup>2</sup> quæ quidem leges anno post <sup>†</sup> sedentibus in templo duobus non Consulibus, sed proditoribus huius ciuitatis, ac pestibus, una cum auspicijs, cum intercessionibus, cum omni iure publico cōflagrauerunt: <sup>3</sup> ecquādo dubitaris contra eas leges cum plebe agere, et consilium conuocare? num quem

ex omnibus Tribunis pl. quicunque seditiosi fuerint, tam audacem audieris fuisse, ut unquam contra legem Eliam, aut Fusiam concilium conuocaret: quæro illud etiæ ex te, conatusne sis, voluerisne, denique cogitaris, (est enim res eiusmodi, ut, si tibi modo in mente venit, nemo sit, qui te ullo cruciatu esse indignum putet) cogitarisne in illo tuo intollerabili non regno, nam cupis id audire, sed latrocino Augur fieri in Q. Metelli locum, ut, quicunque te aspexisset, duplice dolorem gemituq; susciperet, ex desiderio clarissimi & fortissimi ciuis, & ex honore turpissimi atq; improbisimi: adeone non <sup>i</sup> Increpatio. labefactam Remp. te Tribuno, neq; conquassata ciuitatem, sed captam hanc urbē atq; euersam putaris, ut Augurem Vatinium ferre possemus? <sup>2</sup> hoc loco <sup>2</sup> Argumen-  
quæro, si, id quod concupieras, Augur factus essem; tatur ex hy-  
in qua tua cogitatione nos, qui te oderamus, vix do-  
lorem ferebamus, illi autē, quibus eras in delicijs, pothesi per  
vix risum tenebant: sed quæro, si ad cetera vulne-  
ra, quibus putasti Remp. deleri, hanc quoque morti fictionem, ex  
feram plagam inflixisses Auguratus tui, utrum de- eo quod futurum erat, si  
creturus fueris id, quod Augures omnes usq; à Romulo au-  
decreuerunt, Ioue fulgente cum populo agi nc-  
fas esse, an, quia tu semper sic egisses, auspicia fueris gur.  
Augur dissoluturus? Ac ne diutius loquar de Augu-  
ratu tuo, quod inuitus facio, ut recorder ruinas  
Reip. neque enim tu unquam stante non modo maie  
state horum, sed etiæ urbe te Augurē fore putasti:  
<sup>3</sup> Pompeius & Cæsar.

verumtamen ut somnia tua relinquam, ad scelerā  
 veniā, volo uti mihi respondeas: cū M. Bibulū Con-  
 sulē, non dicām bene de Rep. sentientem, ne tu mi-  
 hi homo potens irascere, qui ab eo dissensisti; sed  
 hominem certe nusquam progredientem, nihil in  
 Rep. molientem, tantum animo ab actionibus tuis  
 dissidentem, <sup>1</sup> cum eum tu Consulem in vincula  
 duceres, & <sup>2</sup> à tabula Valeria collegē tui mitti iu-  
 berent; fecerisne ante rostra pōtem continuatis tri-  
 bunalibus, per quem Consul populi R. moderatissi-  
 mus ex constantissimus, sublatō auxilio, exclusis  
 amicis, vi perditōrum hominum incitata, turpissimo,  
 miserrimoq; spectaculo non in carcerē, sed ad sup-  
 pliciū ex ad necē duceretur? quero, num quis an-  
 te te tam fuerit nefarius, qui id fecerit, ut sciamus,  
 vtrum veterū facinorū sis imitator, an inuētor no-  
 uorum? idemq; tu, cū his atque huiusmodi cōsilijs,  
 ac facinoribus, nomine C. Cæsarī clementissimi,  
 atque optimi viri, scelere verò atque audacia tua  
 M. Bibulum foro, curia, tēplis, locis publicis omni-  
 bus expulisses, inclusum domi contineres; cumq; nō  
 maiestate imperij, non iure legum, sed ianuæ præsi-  
 dio, & parietum custodijs Consulis vita tegeretur:  
 miserisne viatorem, qui M. Bibulum domo vi ex-  
 traheret, vt, quod in priuatis semper est seruatū, id  
 te Tribuno pl. Consuli domus exiliū esse nō posset?  
 simulq; mihi respondeto, tu, qui nos, qui de cōmuni  
 salute cōsentimus, tyrānos vocas, fuerisne non Tri-

bunus

bunus pl. sed intollerandus ex cœno nescio quo atq;  
 ex tenebris tyrannus? qui primum eā Remp. quæ au-  
 spicijs inuentis constituta est, ijsdem auspicij subba-  
 tis conarere peruertere; deinde sanctissimas leges,  
 Eliam & Fusiam dico, quæ in Gracchorum fero-  
 citate, & in audacia Saturnini, & in colluione  
 Drusi, & in contentione Sulpitij, & in cruore Cin-  
 nano, & inter Syllana arma vixerunt, solus cœcul  
 caris, ac pro nihilo putaris; qui Consulem morti ob-  
 iecceris, inclusum obfederis, extrahere ex suis te-  
 etis conatus sis; qui in eo magistratu nō modò emer-  
 seris ex mendicitate, sed etiam diuitijs nos iam tuis  
 terreas: fuerisne tanta crudelitate, ut delectos vi-  
 ros, & principes ciuitatis tollere, & delere tua  
 rogatione coneris? cum L. Vectium, qui in senatu  
 confessus esset cum telo fuisse, Cn. Pompeio, sum= Obijcit Ve-  
tianum indi-  
cium & rema-  
graüiter exag-  
gerat.  
 mo & clariſſimo ciui, suis manibus necem afferre  
 voluisse, in concionem produxeris, indicem in Ro-  
 stris, in illo, inquam, augurato templo, ac loco col= 2 Enumerat  
eos quibus  
per Vectium  
insidiatus sit  
Vatini⁹. quos  
intelligat in-  
certum est, ni  
si quod suspi-  
cor ex socijs  
Catilinae fuis-  
se, quos L.  
Paulus accu-  
satios damnaa  
derit.  
 locaris, quò auctoritatis exquirendæ causa cæteri  
 Tribuni pl. principes ciuitatis producere consueue-  
 runt, ibi tu indicem Vectium linguam & vocem  
 suam sceleri & menti tuae præbere voluisti, ut dice-  
 ret L. Vectius in concione tua rogatus à te, se aucto-  
 res, & impulsores, & socios habuisse sceleris illius  
 eos viros, quibus è ciuitate sublati, quod tu eo tem-  
 pore moliebare, ciuitas stare nō posset. <sup>2</sup> M. Bibulū,  
 cuius inclusione cōtentus nō eras, interficere volue-

ras, spoliaueras Cōsulatu, patria priuare cupiebas:  
L. Lucullum, cuius tu rebus gestis, quod ipse ad im-  
peratorias laudes à puerō videlicet, spectaras, vehe-  
mentius inuidebas; C. Curionem, perpetuum hostem  
improborum omnium, auctorem publici consilij, li-  
bertate communi tuenda maxime liberū, cum filio  
principe iuuentutis, cum Rep. coniunctiore etiam,  
quam ab illa etate postulandum fuit, delere volui-  
sti: L. Domitiū, cuius dignitas, & splendor perstrin-  
gebat credo oculos Vatinij, quem tu propter com-  
mune odium in bonos oderas, in posterū autem pro-  
pter omnium spem, quae de illo est, atque erat, antē  
aliquanto timebas; L. Lentulum, hūc iudicē nostrū,  
flaminem Martialem, quod erat eo tempore Gabi-  
nij tui competitor, eiusdem Vectij indicio opprime-  
re voluisti. qui si tum illā labem, pestemq; vicisset,  
— quod ei tuo scelere non licuit, Resp. victa non esset.  
huius etiam filium eodem indicio, & crimine ad pa-  
tris interitum aggregare voluisti. L. Paulum, qui  
tum Quæstor Macedoniam obtinebat, quem ci-  
uem? quem virum? qui duos nefarios patriæ prodi-  
tores, domesticos hostes legibus exterminarat, ho-  
minem ad conseruandam Remp. natum, in idem Ve-  
ctij indicium, atque in eundem hunc numerum con-  
gregasti. quid ego de me querar, qui etiam gratias  
tibi agere debeo, quod me ex fortissimorum ciuium  
numero seiungendum non putaris? sed qui fuit ille  
tantus furor tuus, ut, cum iam Vectius ad arbi-  
trium

trium tuum perorasset, & ciuitatis lumina notas-  
 set, descendissetq; de Rostris, cum repente reuoca-  
 res, colloquerere populo Romano vidente, deinde  
 interrogares, ecquosnam alios posset nominare? in-  
 culcarisne, ut C. Pisonem generum meum nomina-  
 ret? qui in summa copia optimorum adolescētium,  
 pari continentia, virtute, pietate reliquit neminem:  
 itemq; M. Laterensem, hominem dies ac noctes de-  
 laude, & de Rep. cogitantem? promulgarisne im-  
 purissime, & perditissime hostis questionem de-  
 tot amplissimis & talibus viris, indici Vectio pre-  
 mia amplissima? quibus rebus omnium mortalium  
 non voluntate, sed conutio repudiatis, fregerisne  
 in carcere ceruices ipsi illi Vectio, ne quod indi-  
 cium corrupti iudicij extaret, eiusq; sceleris in te  
 ipsum questio flagitaretur? Et quoniam crebro  
 usurpas legem te de alternis consilijs rei sciendis  
 tulisse: vt omnes intelligant te ne recte quidem fa-  
 cere sine scelere potuisse, quero, cū lex esset æqua  
 promulgata initio magistratus, multas etiam alias  
 tulisses, expectarisne dum C. Antonius reus fieret  
 apud Cn. Lentulum & Q. claudium? &, postea=  
 quam ille est reus factus, statim tuleris in eum, 3 qui  
 tuam post legem reus factus esset, vt homo con-  
 sularis exclusus miser puncto temporis spoliare=  
 tur beneficio, & æquitate legis tuae? 4 dices fami-  
 liaritatem tibi fuisse cum Q. Maximo. præclara  
 defensio facinoristui. nam Maximi quidem summa

1 Iudicium,  
 nēpe rogatio  
 nō, qua in-  
 dicū decer-  
 neretur.

2 Objecit  
 crudelitatem  
 in C. Anto-  
 niū q; cū Va-  
 tinus legem  
 promulgasse  
 quā dabatur  
 reo alterna

rei sciendis  
 cū, expectas-  
 se eū donec  
 Antonius re-  
 us fieret. De-  
 inde legem  
 adieciſſe, qui  
 post legem  
 suā reū fa-  
 cias esse utr

hæ exceptio-  
 ne. Antonius  
 beneficio le-  
 gis excludé-  
 ret. 3 Verba sunt  
 exceptiōis in

lege, quæ post  
 legē promul-  
 gata ad trip-  
 serat Vatinū.  
 4 Occurrit  
 defensioni va-  
 tinij Nā Ma-  
 ximus accusa-  
 bat Anteniu.

Laus est, sumptis inimicitijs, suscepta causa, quesiato, consilioq; delecto, commodiorem inimico suo contentionem reiectionis dare noluisse: nihilq; Maximus fecit alienum aut sua virtute, aut illis viris clarissimis, Paulis, Maximis, Africanis: quorum gloriam huius virtute renouatam nō modō speramus, verū etiā iam videmus. tua fraus, tuum maleficium, tuum scelus illud est, te id, quod promulgasses misericordiae nomine, ad crudelitatis tempus distulisse.

**Obijcit pē-**  
**cuniarum ra-**  
ipinas à Rep. suam consolatur, quod imagines patris & fratri sui, fratrisq; filiam nō in familia, sed in carcere collocatas audire maluit, quam videre. <sup>1</sup> Et quoniam pecunias aliorum despicias, de tuis diuitijs intolerantissime gloriaris: volo uti mihi respondeas, fecerisne fœdera Tribunus pl. cum ciuitatibus, cum Re gibus, cum Tetrarchis? erogarisne pecunias ex æra rīo tuis legibus? eripuerisne partes illo tempore clarissimas partim à Cæsare, partim à publicanis? que cum ita sint, quero ex te, sisne ex pauperrimo diues factus <sup>3</sup> illo ipso anno, quo lex lata est de pecunijs repetundis acerrima? ut omnes intelligere possent, à te non modō nostra acta, quos tyrannos vocas, <sup>4</sup> sed etiam amicissimi tui legem esse contemptā. apud quē tu etiā nos criminari soles, qui illi sumus amicissimi; cum tu ei cōtumeliosissime toties male dicas, quoties illi affinem te esse dicis. <sup>5</sup> Atque illud etiā scire exte cupio, quo cōsilio, aut qua mēte feceris,

5 Obijcit in ciuile factum & contume liam in Q. A- riū, quod in epulo eiusse lenni cū to- ga pulla accu buerit.

feceris, ut in epulo Q. Arij familiaris mei cū toga  
 nulla accumberes? quem unquam videris? quē audie-  
 ris? quo exemplo, quo more feceris? dices, suppli-  
 cationes te illas non probasse. optime. nullæ fuerint  
 supplicationes. videsne me nihil de anni illius cau-  
 sa, nihil de eo, quod tibi cū summis viris communic-  
 esse videatur, sed de tuis proprijs sceleribus ex te  
 quereret? nulla supplicatio fuerit. cedo, quis unquā  
 coenauit atratus? ita enim illud epulum est funbre,  
 vt munus sit funeris, epulae quidem ipsæ dignitatis.  
 sed omitto epulum, populi R. festum diem, argento,  
 veste, omni apparatu, ornatuq; visendo: quis un-  
 quam in luctu domestico, quis in funere familiari  
 coenauit cum toga pulla? cui de balneis excunti, p̄r  
 ter te, toga pulla unquā data est? cum tot hominum  
 millia accumberent, cū ipse epuli dominus Q. Arius  
 albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Fidu-  
 lo atrato, cæterisq; tuis furijs funestū intulisti, quis  
 tum non ingemuit? quis non doluit Reip. casum?  
 quis sermo aliis in illo epulo fuit, nisi hanc tantā &  
 tam graue ciuitatē subiectā esse nō modo furori, ve-  
 rū etiā irrisioni tuæ? hūc tu morē ignorabas? nūquā  
 epulum videras? nunquam puer aut adolescēs inter  
 coeuos fueras? Fausti adolescentis nobilissimi pau-  
 lō antē ex epulo magnificentissimo famē illā veterē  
 tuā nō expleras? quē accūbere atratū videras, domi-  
 nū cū toga pulla & eius amicos ante conuiuiū? qua-  
 te tanta tenuit amentia, vt, tu nisi id fecisses, quod

fas non fuit, nisi violasses templum Castoris, nomine  
epuli, oculos ciuium, morem veterem, eius, qui te inui-  
tarat, auctoritatē, parū putares testificatum esse, sup-  
plicationes te illas non putare? Quæro illud etiā  
quod cū reus  
ex te, quod priuatus admisisti; in quo certe iam tibi  
vi disturba-  
dicere non licebit, cum clarissimis viris causam tuā  
xit.

Obijcit quod cū reus  
est, iudicium  
disturba-  
xit.  
esse coniunctam, postulatusne sis legē Licinia & Iu-  
lia? edixeritne C. Meminius pretor ex ea lege, ut  
adesses die tricesimo: cū is dies venisset, fecerisne,  
quod in hac Rep. nō modo factū ante nū quā est, sed  
in omni memoria sit inauditum? appellarisne Tribu-  
nos pl. ne causam diceres? leuius dixi (quāquam  
id ipsum esset ex nouū ex non ferendū) sed appella-  
risne nominatim pestem illius anni, furia patricie, tē  
pestatem Reip. Clodium? qui tamen cum iure, cum  
more, cum potestate iudicium impedire non posset,  
redijt ad illam vim ex furorem suū, dicemq; se mi-  
litibus tuis præbuit. 2 in quo ne quid à me dictum in  
te potius putas, quām abs te esse quæsitum, nullum  
onus imponā mihi testimonij: que mihi bneuitēpo-  
re ex eodem isto loco video esse dicenda, seruabo;  
teq; non arguam, sed, ut in cæteris rebus feci, roga-  
bo. quæro ex te Vatini, nū quis in hac ciuitate post  
urbē cōditā Tribunos pl. appellariit, ne causam dice-  
ret: num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascen-  
derit, eumq; vi deturbarit? subsellia dissiparit? vr-  
nas deleuerit? eas denique omnes res in iudicio di-  
sturbando commiserit, quarum rerum causa iudicia  
sunt

<sup>2 xat' από</sup>  
Qæsī,  
quod dixit  
probat suo te  
Simone.

sunt constituta? sciasne tum fugisse Memmiū? accu-  
 satores esse tuos de tuis tuorūq; manibus erectos?  
 iudices quæstionum de proximis tribunalibus eſe  
 depulſos? in foro, in luce, inspectante pop. R. quæ-  
 ſtione, magistratus, morem maiorum, leges, iudi-  
 ces, + reum, poenam eſe sublatam? hæc omnia ſcias + ſceler-  
 ne diligentia C. Memmij publicis tabulis eſe nota= poenam.  
 ta atque testata? i atque illud etiā quæro, quòd, po= 1. Ampliſi-  
 ſte aquam es postulatus, ex Legatione redieris, ne ex lib. di  
 quis te iudicia defugere arbitraretur, teq; cum ti- peccandi.  
 bi, vtrū velles, liceret, dicti tñris causam dicere ma-  
 luiffe: qui consentaneū fuerit, cū Legationis perfu-  
 gio vti noluiffes, appellatione improbissima te ad  
 auxiliū nefariū configiſſe? 2. Et quoniā Legationis  
 tuæ facta mētio eſt, volo etiā audire de te, quo tan-  
 dē S. C. legatus ſis? de gestu intelligo, quid respon-  
 deas: tua lege, dicis. eſne igitur patriæ certissimus  
 parricida? ſperaras ne id, ut patres cōscripti ex Re-  
 pu funditus tolleretur? ne hoc quidē ſenatui relin-  
 quebas, quod nemo unquā ademit, ut Legati ex e-  
 ius ordinis auctoritate legarēturi? adeōne tibi fordi-  
 dū consiliū publicū viſum eſt, adeō afflictus ſena-  
 tus, adeō misera & prostrata Resp. ut non nun-  
 cios pacis ac belli, nō curatores, nō interpretes, nō  
 bellici cōſiliij auctores, non ministros muneris pro-  
 uincialis ſenatus more maiorum diligere poſſet? eri-  
 pueras ſenatui prouinciae decernēdæ potestatē, im-  
 peratoris diligendi iudiciū, & rarij diſpenſationem;

Remittit  
quod exagge-  
ravit, ne sit a-  
trior in abs-  
entia Cesarem  
& ad alterum  
eueritur.

qua nūquā sibi populus R. o. appetiuit, qui nunquā  
hēc à summi cōsilij gubernatione auferre conatus  
est. Age, factū est horū aliquid in alijs, raro, sed tā  
men factū est, ut populus deligeret imperatorem:  
quis Legatos unquā audiuit sine S. C. ante te nemo,

Obiicit q̄  
ōtra legem  
Fulliā gladia-  
ores der po-  
bulo. Nāpete  
at tū, prætu-  
z Vatinius  
Cn. Lētulo,  
Philippo  
Coss. quoāno  
īęcausāacta  
st ante cōsu-  
atum Crassi  
z Pompeij,  
juo tempore  
Cesar in Gal-  
ia bellū ge-  
ebat.

Concludit  
obiectionem  
præcedētem.

Intelligit  
tomiria Pra-  
orum aliquo  
ties habita-  
fuisse, ppter  
studia Crassi  
tra Catonem  
qui cū Vati-  
nio petebat.  
Vide Platar-  
chum tu vita  
Catonis.

post cōtinuo fecit idem in duobus prodigijs Reip.  
Clodius. quo etiā maiore es malo mactandus, quod  
non solū facto tuo, sed etiā exemplo Remp. vulne-  
rasti; neq; tantum es improbus ipse, sed etiam alios  
docere voluisti. Atque illud etiam audire à te cū  
pi, quare, cum ego legem de Ambitu ex S. C. tule-  
rim, sine vi tulerint, saluis aūspicijs tulerim, salua-  
lege Aelia & Fusia, tu eam esse legem non putas?  
præsertim cum ego legibus tuis, quoquo modo la-  
tē sint, paream. cum mea lex dilucide vetet, bien=  
nio, quo quis petat, petiturus ve sit, gladiatores da=  
re, nisi ex testamento præstituta die: quæ tanta in=  
te sit amentia, vt in ipsa petitione gladiatores au=

deas dare: num quem putas illius tui certissimi gla-  
diatoris similem Tribunum pl. posse reperiri, qui  
se interponat, quo minus reus mea legafias? 3 ob  
hasce omnes res scias te seuerissimorum hominum  
sabinorum, fortissimorum virorum Marsoru &  
Pelignorum, tribulum tuorum, iudicio 4 notatum,  
nec post Romanam conditam, præter te tribulē, quen  
quam tribum Sergiam perdidisse. ac si hēc omnia  
contemnis ac despicias, quod ita tibi persuaseris, vt  
palam dictitas, te dijs hominibusq; inuitis, amore in-  
te incre-

te incredibili quodam C. Cæsar is omnia, que velis,  
 consecuturum; ecquid audieris, ecquisnam tibi dixe  
 rit, C. Cæsarem nuper Aquileiæ, cum de quibusdam  
 esset mentio facta, dixisse, C. Alfium præteritum  
 per moleste tulisse, quod in homine summam fidem  
 probitatemq; cognosset; graviterq; etiam se ferre,  
 prætorem aliquem esse factum, qui à suis rationi-  
 bus dissensisset; tum quæsiſſe quendam, de Vatinio  
 quemadmodum ferret? ipsum respondisse, Vatinium  
 in Tribunatu gratis nihil fecisse; qui omnia in pecu-  
 nia posuisset, honore animo quo catere debere.  
1 Conclu-  
vehement  
& exagger  
 quod si ipse, qui te sue dignitatis augendæ causa,  
 periculo tuo, nullo suo delicto ferri præcipitem est  
 facile passus, tamente omni honore indignissimum  
 iudicat; si te vicini, si affines, si tribules ita oderunt,  
 ut repulsa tua triūphū suū duxerint; si nemo a-  
 spicit, quin ingemiscat; nemo mentionē facit, quin  
 execretur; si vitā, fugiūt, audire de te nolūt; cū vi-  
 derūt, tanquā auspiciū malū detestantur; si cognati  
 respuunt, tribules execrātur, vicini metuunt, affi-  
 nes erubescunt, strumæ deniq; ab ore improbo de-  
 si Rom  
 migrarunt, & alijs ī se locis collocarunt; si es odiū denique  
 publicū populi, senatus, uniuersorū hominū: quid  
 est, quāobrē Præturā potius exoptes, quām mortem  
 presertim cū popularē te velis esse, neq; illa in re  
 populo gratius facere possis. sed vt aliquādo audia-  
 mus, quā copiose ad interrogata respōdeas: cōcludā  
 īā interrogatōne meam, teq; in extremo pauca de  
 ipsa

Arguit in ipsa causa rogabo.<sup>1</sup> Quæro, quæ tanta in te vanitas constantiam tuas, tanta levitas fuerit, ut in hoc iudicio T. Annium estimonij <sup>2</sup> jisdem verbis laudares, quibus eum laudare & boni iudicavit nunc viri, & boni ciues consueverunt, cum in eodem numero testimoniole re conatus per ab eadē illa teterrima furia productus ad populum cupidissime falsum testimoniū dixeris? an erit hæc optio, & potestas tua, ut, cū Clodianas operas & facinorosoru hominū, & perditionū manū videris, Milonem dicās, id quod in concione dixi?

Qui cum estijs in are a depugnabant. <sup>3</sup> gladiatorijs & bestiarijs obsedisse Remp. cum autem ad tales viros veneris, non audeas ciuē singulari virtute, fide, constantia vituperare? sed cum T. Annium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, (in illorum enim numero manult T. Annius esse, qui à te vituperantur) verum etiam quæro, cum in Rep. administranda T. Annio cum <sup>4</sup>. Sestio consiliorum omnium societas fuerit, (id quod nō solum bonorum, verum etiam improborum iudicio decla-

Alia inconvenientia testi- ratum est: est enim reus uterq; ob eandem causam, & eodem criminis; alter die dicta ab eo, quem tu um in singu- vnum improbiorem esse, quam te, nunquam soles lari præuaricatione Albi confiteri; alter tuis consilijs, illo tamen adiuuante) nouanivole quæro, qui possis eos, quos criminis coniungis, testi rit verè accu monio disiungere? Extremum illud est, quod mi- sari Sestium, negavit de vi eundem accusandum fuisse.

quavis

quavis lege, quovis crimine accusandum potius  
fuisse: etiam illud dixeris, causam Milonis fortissi-  
mi viri coniunctam cum hoc existimari? que  
me à Sestio facta sint, bonis esse grata? non  
guo inconstantiam orationis ac testimonij tui. <sup>quam</sup>  
enim huius actiones probatas bonis esse dicis, in eas  
pluribus verbis testimonium dixisti; quicum autē  
eius causam periculumq; coniungis, eum summis  
laudibus extulisti. sed hoc quero, num P. sestium,  
qua lege accusandum omnino fuisse negas, ea lege  
condemnari putes oportere? aut si te in testimonio  
consuli nolis, ne quid tibi auctoritatis à me tri-  
butum esse videatur, dixerisne in eum te=   
stimonii de vi, quem negaris reum  
omnino de vi fieri de=   
buisse?

†

90  
16  
~~516~~ 643 95  
96 730 20  
1935





11  
vir.  
לכט

14





